



**Annales Witichindi monachi Corbeiensis, familiae  
Benedictinae editi de fide codicis manuscripti, & e publicato  
exemplari alicubi aucti**

<https://hdl.handle.net/1874/389234>

3

# ANNALES

WITICHINDI MONACHI

CORBEIENSIS, FAMILIÆ BENEDI-

CTINÆ: EDITI DE FIDE CODICIS

*manuscripti, & è publicato exem-*  
*plari alicubi aucti.*

Addita est brevis appendix de familia & rebus gestis Palati-  
norum Saxonix, è Chronico Gozecensi.

Item historia HENRICI LEONIS, Ducis Saxonix &  
Bavariæ, excerpta de Annalibus Helmoldi, Ar-  
noldi, & Saxonix Krancij.

Studio & opera  
REINERI REINECCII  
STEINHEMII.



FRANCOFVRTI AD MOENVM  
Ex officina Typographica And. Wecheli.  
M. D. LXXVII.



IN THE

CITY OF NEW YORK

IN SENATE,

January 10, 1882.

REPORT

OF THE

COMMISSIONERS OF THE LAND OFFICE

IN ANSWER TO A RESOLUTION

PASSED BY THE SENATE

APRIL 18, 1881.

ALBANY:

ANDREW D. WOODWARD, PRINTERS.

1882.

NEW YORK: ANDREW D. WOODWARD, PRINTERS.

1882.

ALBANY:





REVEREND. CLARISSIMIS AC OMNI VIRTUTVM GENERE ORNATISSIMIS VIRIS,  
D. BARTOLO RICHIO, DECANO, D. IODOCO SCHLUTER, *Seniori, & ceteris Canonicis Ecclesie collegiate D. Blasij in ciuitate Brunsvicensi, dominis suis obseruand. S. D.*

REINERVS REINECCIUS  
STEINHEMIVS.



DIDIT typis Heruagianis, sub annum Christi 1532. Witichindi Monachi Annales Martinus Frechtus, homo Sueuus. Nec quantum mihi constat, ab eo tempore expressio repetita fuit. Nos exemplum manuscriptum nacti, diligenter cum edito contulimus: nec multum discrepare reperimus, nisi quòd editi expositiones de HATTONE Mogūtinio, & in fine operis pleniore sunt: Quod vtrum ad auctorem referendum, quemadmodum sentire Sigebertus & Trithe-  
rit, vel ad alios, quòd nempe diuersa idem auctor exemplaria reliquerit, vel ad alios, qui ab illo præterita inseruerint, nunc non disputo. Maluimus autem nos manuscripti fidem sequi, sic vt vbi editū variat, obeliscis in margine notarem, & quas dixi de Hattone Moguntino, & ad finem operis expositiones pleniore, suo loco non prætermittemus. Et quia exemplaria iam pridem desiderabantur, facilè id amicorum postulationibus dedi, vt publicari nostra paterer. Est enim quæ ab antiquitatis Germanicæ studiosis legatur, historia hæc dignissima: nec facilè reperias, qui de HENRICI Aucupis & OTHONIS Maior, Cæsarum, rebus gestis, quamuis compendiariò vel accuratiùs vel maiore cum fide explicet. Quando nimirum auctor circa eadem tempora vixerit, & omnium ferè oculatus testis extiterit. Quàm autem laudatissimorum principum tam in Hérico Aucupe, quàm in Othone M. proponantur exempla & imagines, de eo me verba facere, opus non est, & rectiùs hoc lectio docebit. Vnum id de Henrico repeto,



P R Æ F A T I O.

quòd eo auctore primum Saxonia verè libera esse cœpit, atq; imperii  
*Ἰστωμα*, à patre Othone repudiatum, acquisiuit: de Othone huiusque  
 matre Mathilda, diligentia atque ingenii præstantissimi exemplum  
 mirificum, quòd ille primùm ab Edithæ coniugis, hæc, à mariti morte,  
 literas didicere, & quidem feliciter didicere. Certè Mathildã etiam  
 pedisse quas rursus docere haud puduisse, constat. Iam quid de gen-  
 tibus diuersis insertas expositiones commemorem? In quibus de Dal-  
 lamantis omittendum non videbatur, hodie eos Mysnenses esse.  
 Postquam enim Henricus Auceps Mysnam ad Albin condidit, &  
 Marchionis dignitate præfectum ibi cum præsidio contra vicinos  
 barbaros imposuit, inde primùm Mysorum reuocari nomen cœpit.  
 Vnde crassus eorum patet error, qui Dalamantos Dalmatas, & Dala-  
 mantiam, Dalmatiam accipiunt. Tametsi non negârim, Dalmatas  
 cum Sorabis in oram istam migrasse, indeque nomen ibi illorum ce-  
 lebrari cœpisse: cum primùm ipsi id à Dalminio, vrbe gentis prima-  
 ria, vsurpassent, vt scripsit Strabo lib. 7. Habet & hoc Witichindus de  
 Auaribus seu Vngaris, Hunorum eos reliquias fuisse: habet de Saxo-  
 nibus, & Principes quasi Tetrarchas & gentes horum tres fuisse, nem-  
 pe Orientales (alii, inter quos Benedictinus Monachus, Annonius &  
 Abbas Vrspergensis, Germanicam vocem retinentes, Ostualos vo-  
 cant) Angarios & Westualos: Quod iterum popularem refutat erro-  
 rem, quo Westuali à Saxonibus separantur. Adde his præterea me-  
 morabilem de Odone, rege Francorum in Galliis, historiam: de qua  
 ita Witichindus explicat, vt è Francia Germaniæ, hoc est, Orientali,  
 cum seruulo vno in Gallias profectum, ibique primum Carolo Caluo  
 Regi è victoriis contra Normanos, deinde filio eius Ludouico Balbo  
 (nam ita expositionem auctoris nonnihil confusioem distingui-  
 mus) commendatum, & Carolo Simplici, Calui nepoti, tutorem de-  
 stinatum, ab ARNVLPHO Cæs. regiam dignitatem obrinuisse, velit:  
 Quam cum deinde etiam Robertus, quem Odonis filium facit, & hoc  
 genitus Hugo Magnus, repeterent, tandem HUGO CAPETVS,  
 Magni F. vi & fauore militum consecutus est, & ad posteritatem, que  
 hodie etiamnum rerum in Galliis potitur, transmisit. Quanquam  
 me haud præterit, de Odone alios aliter sentire. Deriuant enim à Wi-  
 tichindo, cuius genus ad WITICHINDVM Magnum, qui cum  
 Carolo Magno bella gessit, pertineat. Sed vtrumcunque probaris, hoc  
 tamen verum relinquitur, Hugonidas non, quod aliqui fingunt, Gal-  
 licæ sed Germanicæ stirpis esse. Iam & hoc de Boleslao Bohemo cum  
 primis est notabile, quòd regem eum vocat: cum alij Henrici III.  
 alij Friderici Barbarassæ temporibus hæc in gēte illa vsurpari primùm  
 dignitatē cœpisse, tradant: est itē alterū illud de hac veteri nomencla-  
 tione, quòd Galliã, Caroli, Lotharingiã (ea autē totū ferè Belgicū prin-  
 cipiò cōplectebatur) Lotharij, regna, posteros verò Caroli M. Carolos  
 vocat: Cum hodie Galliã populari denominatione Fræcorum regnū  
 appellemus



P R Æ F A T I O.

appellemus. Interea tamē id iure in Witichindo reprehendas, quod ut ipse de se loquitur, solā famā secutus, Saxonū originē planè fabulosam tradidit, & reliquias exercitus ALEXANDRI Magni fecit. Nec quæ de primordijs illorum in Germania habet, cum certiore Græca & Romana historia conueniunt. Est etiā quòd de Anglica & Francica Merouingorum historia desideres: secuti & nominis Angliæ ab eo tradita notio planè ridicula est. Verùm de his, Deo volēte, alibi explicabimus plenius: nec Crancij æquè fœdum dissimulabimus errorem, qui Saxones Chattos esse credidit. Oratio Witichindi maxima ex parte tolerabilis est, nec isti seculo consuetæ facundiæ ornamentis caret. Et quasi modum tenet de somnijs monasticis, in quibus inculcandis parcus & modicus est, secus quàm pleriq; istius temporis scriptores, quorum studium præcipuè circa ea occupatum cernimus. Quæ de vita eius adijci oportuisset, infrà è Sigeberto, & Trithemio dabimus.

Appendix de familia & rebus gestis Palatinorum Saxonix, quam Witichindo subiecimus, Chronici Gozecensis quædam quasi epitome est, resectis nimirum narrationibus cæteris, quæ ad hoc argumentum haud pertinerent. Spectauimus autem appendice illa id tantum, quòd ad eandem Palatini Saxonix prosapiam, à qua Henrici Aucupis & Othonis Magni genus est, pertinerent. Libens enim eorum amplectentiam, qui Fridericum Palatinum, Dedonis i. è familia Wettonensi, filium faciunt. De qua tamen in præsentī haud libuit differere. Est enim argumenti alterius, quod suo loco non præteribimus. Ac patet iam hinc etiam, quæ Saxonix à Witichindo deriuata familiaritas fuerit amplitudo, quæ veluti propagines: de quibus ipsis etiam alibi scilicet explicandi locus & occasio commodior fuerit.

Tertiam de Henrici Leonis vita & rebus gestis ex Helmoldo, Arnoldo & Crancij Saxonix, historiam repetijmus libentius, quòd ferè obscurior ea reperiatur, & nescio quib. vulgi fabulis inuoluatur. Atq; inuenias è recentioribus, qui de Principe illo explicent inclementius. Quibus hoc loco respondere, animus non est. Omnino id negandum non est, mortalium neminem vitiorum expertem esse. Sed vbi quæ ea veluti obumbrent, ac tegant, virtutes assunt, mea quidem sententia satius est, has potius exaggerare, quàm illa exagitare. Etenim ut illud humanitatis & cuiusdam etiam prudentiæ, ita hoc maledicentiæ est: & quid è vitiorum commemoratione quis addiscat, quando non omnium animi virtutis præceptis flectantur? Equidem in rempub. merita Henrici Leonis summa & maxima reperio: atq; ut posteritas eius nunc etiā dignitate illustri superest, ita maiorum nostrorum hanc fuisse de illa estimationem nouimus, ut & OTHO IIII. Leonis F. principum suffragijs Imperium promeruerit, & post secula aliquot ad idem honoris fastigium prouectus sit Fridericus, Dux Brunsvic. & Luneburg. Cæterum cum primis Helmoldi & Arnoldi arrisit expositio compendiosa. Nec discutienda nobis existimauimus, quæ diuersis circumstantijs



P R Æ F A T I O.

tradidit Crancius. Neq; enim nostra sed aliena damus. Atque ut nihil Crancio, nihil alijs annalibus derogarim, sic sua meritò Helmoldo & Arnoldo ab vetustate constat auctoritas. Quocirca ea tantum è Crancio assuimus, in quibus Arnoldi de itinere Hierosolymitano & morte Henrici Leonis expositio deficiebat. Ad cætera enucleanda, alia scilicet expectanda occasio, quæ vbi oblata fuerit, officiũ, quod tanti principis memoriæ celebrandæ debetur, nostrum haud deerit.

Inscripsi autem hanc vobis historiæ Saxonica quasi farraginem, reuerendi & ampliss. viri, quòd & Collegium vestrum in Saxoniz vrbe primaria existat, & vt cæteras historiæ partes, ita hanc etiã vos haud negligere par sit. Accedebat deinde, quòd quorum hîc res gesta Cæsarium & Principum commemorantur, ijs & ciuitas & ipsum collegiũ vestrum vehementer deberet. Nã ab Henrici Aucupis patruis, Bruno- ne, & Tanquardo, Brunsvigam conditam, & ab Brunone postea no- mē tantum retinuisse: ab Henrico Leone autem Blasianum templum exstructum, & ipsam sacerdotij vestri sodalitatē institutam, ex An- naliū fide certum est: & suffragatur de Leone monumentum apud vos reliquum, in quo imago eius, dextra templum tenentis, cernitur. Iccirco conditores ad vos redire vestros benignè patiamini, neque de tota Germania optimè meritos Principes hospites aspernemini, oro. Me quidem ad hoc genus operas vrgendas plurimum confirmabit, vbi vestra aliqua accesserit comprobatio, nec subsidium deerit. Enim- uero in qua eruditæ doctrinæ pars illa fortuna sit, vt cum reliquis opt. artium studijs denuò ad interitũ vergat, apertũ omnibus est. Quan- quam cum hæc ea complexa felicitas sit, vt in illustrandis ijs multorũ opera elaborarit, neq; ea re nostrum seculum antiquitati cedat, illa nõ solum conditione inferiori permansit, sed & pars eius fermè præcipua, & omnium suauissima, τὸ γυναικῶδες, penè ab omni cultu deserta ha- ctenus fuit. Quàm veteres historiam non neglexerint, variæ & diuer- sa è monumentis ipsorum documenta demonstrant. In quibus id cum primis memorabile est, quòd qui in nobilioribus gentibus illis, hoc est, Chaldæis, Persis, Ægyptijs, Iudæis, Romanis, id munus gessere, or- dinis sacri fuisse, & amplissimis sacerdotijs perfunctos, reperimus. Ob- seruasse eandem postea temporis maiores nostros, consuetudinem, præter alia fermè infinita, quæ hîc omitto, de Helmoldo, Arnoldo, Crancio, quibus quantum ad præsens institutum nostrũ attinet, præ- cipuè Henrici Leonis historiã debemus, exempla addocēt. Nunc ra- tio ista planè mutata est: atq; vt præmia illa penè defecere, & maiori ex parte ab aduersarijs Pontificijs intercipiuntur, & ignaui inde sacrifici ac Stentores aluntur, ita & ipsum historiarũ studiũ oblanguit. Quem- admodum verò rebus cæteris, in quibus principem attribuo locũ reli- gioni, sancta & felici opera viri incomparabilis, Martini Lutheri, in stauratæ, tueri collegium vestrum, officij partes nouimus, ita & ab Hi- storiæ tractatione non obscura ei laus permansit. Qua dere singulo- rum



P R Æ F A T I O.

rum vel nomina vel merita hîc referam, opus non est. Vnum id mo-  
neo & oro, in voluntate ea vobis dignè perseueretis, neq; negligendos  
eos existimetis, qui in eodem illustrando patriæ & studijs communi-  
bus operam suam dicarunt. Quo vt publicè omnes demerebimini, &  
singulare vobis ornamentum & decus conciliabitis, ita à me idem ea  
grati studij prædicatione celebrabitur, quæ tanto merito de-  
bita, proficisci à me potest. Benè & felici-  
ter valete. v. Calend. Quinctil.

CLo. Io. LXXVII.

DE VI-



DE VITA WITICHIN-  
DI E SIGEBERTO.

ANNO Domini 973. Otho senior Imperator obit: cuius vi-  
tam Witichildus (sic enim nominat) Monachus descripsit: qui  
etiam historiam Saxonum usq<sup>2</sup> ad hunc annum conscripsit.

E TRITHEMIO DE SCRIP-  
TORIBVS ECCLESIA-  
STICIS.

WINDICHINVS, monachus Corbeiensis cœnobij in  
Saxonia, ordinis sancti Benedicti, natione Teutonicus, vir in  
diuinis scripturis doctus, & secularibus litteris eruditissimus, in-  
genio promptus & clarus eloquio, metro excellens & prosa. Scri-  
psit alterno stylo multa præclara opuscula. De quibus ego tantum  
adhuc reperi subiecta. Ab exordio Saxonum usq<sup>2</sup> ad mortem O-  
thonis I. Imp. scripsit ad Mechthildam, eius filiam.

Historiam Saxonum lib. 3. Flore virginali, &c.  
Gesta Othonis I. lib. 1.  
Passionem Teclæ virginis metricè lib. 1.  
Vitam Pauli, primi eremite lib. 1.  
Claruit sub Othone Imp. primo, Anno  
Domini D. CCCC. L.






ANNALES  
WITICHINDI, MONA-  
CHI CORBEIENSIS, FAMILIÆ

BENEDICTINÆ: EDITI DE FIDE CODI-  
cis manuscripti, & è publicato exem-  
plari alicubi aucti.

AD MATHILDAM REGINAM  
AUCTORIS PRÆFATIO.



**F**LORE virginali cum maiestate impe-  
riali, ac sapientia singulari, fulgenti domi-  
na Mathilda ultimus seruulorum, Christi  
martyrum, Stephani atq; Viti, Corbeus  
V. totius seruitutis deuotissimum famula-  
tum, veramq; in saluatore salutē. Quam-  
uis te paterna potētia gloria singularis ma-  
gnificet, ac clarissima decoret sapientia, no-

*Prefatio  
6mryca. qn.*

stratamen humilitas præsūmit de proxima sceptris semper clemen-  
tia, quia nostra deuotio à tua pietate suscipiatur, etiam si non me-  
reatur. Nam cum nostro labore patris potentissimi, auiq; tui glo-  
riosissimi, res gestas memoria traditas legeris, habes unde ex opti-  
ma & gloriosissima melior gloriosiorque efficiaris. Nec tamen  
omnia eorum gesta nos posse comprehendere fatemur, sed stri-  
ctim & per partes scribimus, ut sermo sit legentibus planus, non  
fastidiosus. Sed & de origine statuque gentis, in qua ipse rerum  
dominus Henricus primus regnauit, pauca scribere curauit, ut ea  
legendo animum oblectes, curas releues, & pulchro otio vaces.  
Legat igitur tua charitas istum libellum ea pietate nostri memor,  
qua est conscriptus deuotione. Vale.

*Auctoris  
scopus.*



# INCIPIIT LIB. I. GESTO- RVM SAXONICORVM.



*Saxonum origo de vulgi fabellis exposita.*

*Primordia in Germania. Turingi.*

*Vasfrum commentum.*

**P**ost operum nostrorum primordia, quibus summi imperatoris militum triumphos declaravi, nemo me miretur principum nostrorum res gestas literis velle commendare: quia in illo opere professioni meae, ut potui, quod debui, exsolui: modo gentis gentisque meae deuotioni, ut queo, elaborare non effugio. Et primum quidem de origine statuque gentis pauca expediam, solum penè famam sequens in hac parte, nimia veritate omnem ferè certitudinem obscurante. Nam per hac re varia opinio est, aliis arbitrantibus, ut de Danis Nortmannisque originem duxisse Saxones, aliis autem aestimantibus, ut ipse adolescentulus audiui quendam prædicantem, de Graecis, quia ipsi dicerent, Saxones reliquias fuisse Macedonici exercitus, qui sequutus magnum Alexandrum immatura morte ipsius per totum orbem sit dispersus. Cæterum gentem antiquam & nobilem fuisse, non ambigitur, de quibus & in concione Agrippæ ad Iudæos in Iosepho oratio contextitur, & Lucani poëte sententia probatur. Pro certo autem nouimus, Saxones his regionibus nauibus aduectos, & loco primum applicuisse, qui usque hodie nuncupatur Hadolaua. Incolis verò aduentum eorum grauititer ferentibus, qui Turingi traduntur fuisse, arma contra eos mouent. Saxonibus verò acriter resistentibus, portum obtinent. Diu deinde inter se demicantibus, & multis hinc inde cadentibus, placuit utrisque de pace tractare, & fædus inire. Idemque est fædus eo pacto, quò haberent Saxones vendendi emendique copiam, cæterum ab agris, à cæde hominum atque rapina absterent, stetitque illud, fædus inuiolabiliter multis diebus. Cumque Saxonibus defecisset pecunia, quid venderent aut emerent non habentibus, inutilem sibi pacem esse arbitrantur. Egitur tempestate contigit adolescentem quendam egredi de nauibus oneratum multo auro, torque aurea, simulque armillis aureis. Cui obuius quidam Turingorum, quid sibi, inquit, vult tam ingens aurum circa tuum famelicum collum. Eripitorem, inquit, quero: ad nihil aliud istud aurum gero. Qui enim fame periclitor, quo auro delecter? At ille qualitatem quantitatemque pretij rogat. Nullum, inquit, mihi est, Saxo, discrimen in precio, quicquid dabis, gratum teneo. Ille verò subridens adolescentem, quid si, inquit, de isto puluere sinum tibi impleo? Erat enim in præsentem loco aggesta humus plurima. Saxo nihil cunctatus, aperit sinum, & accipit humum, illicoque Turingo tradidit aurum. Lætus uterque ad suos repetat. Turingi Turingum laudibus ad cælum tollunt, qui nobili fraude Saxonum deceperit, fortunatumque cum inter omnes mortales fuisse, qui vili precio tam ingens aurum possederit. Cæterum certi de victoria, de Saxonibus iam quali triumphabant. Interea Saxo priuatus auro, oneratus verò multa humo, appropriat nauibus. Socijs igitur ei occurrentibus, & quid ageret admirantibus, alij eum irridere cœperunt amicorum, alij arguere, & omnes pariter amentem eum crediderunt. At ille postulato silentio, sequimini me, inquit, optimi Saxones, & meam vobis amentiam probabitur vtilem. At illi, licet dubij, sequuntur tamen ducem. Ille autem sumpta humo per vicinos agros quam potuit subtiliter sparsit, & castrorum loca occupauit. Ut autem viderunt Turingi castra Saxonum, intolerabilis res eis visa est, & missis legatis, conquesti sunt de rupto fædere, ac violato pacto ex parte Saxonum. Saxones respondent, se hæcenus fædus inuiolabiliter seruasse, terram proprio auro comparatam cum pace velle obtinere, aut certè armis defendere. His auditis, incolæ iam maledicebant aurum Saxonum, & quem paulo antè felicem esse prædicabant, auctorem perditionis sue, suæque regionis, fatentur. Ira deinde accensi cæco Marte sine ordine & sine consilio irruunt in castra. Saxones verò parati hostes excipiunt sternuntque. Et rebus prosperè gestis, proxima circum circa loca iure belli obtinent. Diu itaque crebroque cum ab alterutris pugnatum foret, &



ret, & Turingi Saxones † semper superiores fore pensarent, per internuncios postulabant, utroque inermes conuenire, & de pace iterum tractare, condicto loco dieq; Saxones postularis se obedire respondent. Erat autem illis diebus Saxonibus magnorum cultellorum vsus, quibus vsq; hodie Angli vtuntur, morem gentis antiquæ sectantes. Quibus armati Saxones sub sagis suis procedunt castris, occurruntque Turingis condicto loco. Cumq; viderent hostes inermes & omnes principes Turingorum adesse, tempus rati totius regionis obtinendæ, cultellis abstractis super inermes & improuisos irruunt, & omnes fundunt, ita vt ne vnus quidem ex eis superfuerit. Inde Saxones clari existere, & nimium terrorem vicinis gentibus incutere cœperunt. Fuerunt autem & qui hoc facinore nomen illis inditum, tradant. Cultelli enim nostra lingua *Sabs* dicuntur, ideóque Saxones nuncupatos, quia cultellis tantam multitudinem fudissent. Dum ea geruntur apud Saxoniam, quæ ita modò vocitatur, regionem, Britannia à Vespasiano Principe iam olim inter prouincias redacta & sub clientela Romanorum nullo tempore vtiliter degens, à vicinis nationibus impugnatur, eò quod auxilio Romano destituta videretur. Populus namque Romanus Martiali imperatore à militibus interfecto, exteris bellis grauius fatigatus, non sufficebat solita auxilia administrare amicis. Extructo tamen ingenti opere ad munimen regionis inter confinia à mari vsque ad mare, vbi impetus hostium videbatur fore, relinquebant regionem Romani. Sed hosti acriori, & ad bellandum prompto, † qui gens mollis & pigra belli resistit, nulla difficultas in destruendo opere fuit. Igitur fama prodente de rebus à Saxonibus prosperè gestis, supplicem mittunt legationem ad eorum postulanda auxilia, & procedentes legati, Optimi, inquit, Saxones, miseri † Bretti, crebris hostium incursionibus fatigati & admodum contriti, auditis victorijs à vobis magnificè patratis, miserunt nos ad vos, & supplicantes, vt ab eis vestra auxilia non subtrahatis. Terram latam & † copiosam & omnium rerum copia refertam, vestræ mandant ditioni parère. Sub Romanorum hæc tenus clientela ac tutela liberaliter viximus: post Romanos vobis meliores ignoramus: ideo sub vestræ virtutis alas fugere quærimus. Vestra virtute, vestris armis, hostibus tandem superiores inueniamur, & quicquid impenitis seruitij, libenter sustinemus. Patres ad hæc pauca respondent: Certos amicos † Brettis Saxones sciatis, & eorum necessitatibus atque commodis æquè semper affuturos. Legati lati in patriam redierunt, exoptato nuncio socios latiores reddentes. Deinde promissus in Britanniam mittitur exercitus, & gratanter ab amicis susceptus in breui liberat regionem à latronibus, restituens patriam indita fama Saxonum, perculsi terrebantur, tum modò præsentia eorum procul pelluntur. Erant enim hæc gentes Brettis aduersæ, Scoti & Peheti, † aduersus quos militantes Saxones, accipiebant à Brettis omnia ad vsus necessaria. Mantentur. Vt autem viderunt principes exercitus terram latam ac fertilem, & incolam certis sedibus, mittunt ad euocandum maiorem exercitum, & pace facta cum Scotis & Pehetis, in commune contra Brettos consurgunt, eosq; regione profligant, & suæ ditioni regionem distribuunt. Et quia illa insula in angulo quodam maris sita est, Angli Saxones vsque hodie vocitantur. De quibus omnibus si quis plenius scire voluerit, historiam gentis eiusdem legat, & ibi inueniet, quomodo, aut sub quibus ducibus, hæc omnia acta sint, vel qualiter ad Christianitatis nomen per virum suis temporibus sanctissimum, Papam, videlicet Gregorium, peruenerint. Nos verò cœptam historiæ viam decurramus. Post hæc moritur Hugo, † Rex Francorum, nullum alium hæredem regni relinquens præter filium, nomine Amelbergam, quæ nupsit Irminfrido, regi Turingorum. Populus autem Francorum à seniore suo humanè clementerque tractatus, pro gratiarum actione rependenda, filium, quem ex concubina genuit, nominat Theodoricum, vngunt in regem. Theodoricus autem designatus rex mit-

† al. sibi

Truculentia  
insidiosa.Sabs veteri  
Saxon. lingua  
cultelliBritannia ve  
xata.

† al. vbi

† al. Bracti

† al. spatio-  
sam

† al. Bractis

† Picti  
Scoti.  
Picti.Saxonum in  
Britannia pri  
mordiaNotiofabulosa  
Gregorius M.  
Papa.† Clodo-  
ueus. Vide  
Annales, qui  
nonnihil va-  
riant.Ermenfridus  
Rex Turing.  
† al. Thia-  
ricumTheodoricus  
Rex Franc.



† al. Ermin-  
fridum

Amelberga  
fax belli

Irvingus

Theodorici ex-  
peditio in Tu-  
ringiam.

Gener pro so-  
rorio.

Pugna Runi-  
berg. & The-  
victoria.

Schidinga

Waldricus

Seruus consul-  
tus.

tere curauit legationē ad Irminfridū pro pace atq; cōcordia, & ingressus legatus ad Irminfridū: Mortaliū, inquit, optimus maximus dominus meus, Theodoricus, misit me ad te, exoptans te bene valere, & lato magnoq; diu imperio vigere, seq; tibi nō dominū sed amicū, nō imperatorē sed propinquū, propinquitatisq; iura inuolabiliter tibi sine tenus velle seruare demādat: tantū vt à populi Francorū cōcordia nō discordes, rogat: ipsum nāq; sibi regē sequitur cōstitutū. Ad hęc Irminfridus iuxta quod regalē decuit dignitatē, clemēter legato respondit, placita sibi placere populi Francorū, ab eorū cōcordia nō discordare, pace omnimodis indigere: super negotio verò regni responsionē suā in amicorū præsentiā velle differre. Virumq; honorificē tractās, facit eū secū aliquādiu manere. Audiens autē regina legatū fratris superuenisse, & locutū cū rege super negotio regni, suavit Iringo, vt pariter persuaderent viro, quia sibi regnū cēssisset iure hæreditario, vt pote quæ filia regis erat, & filia reginæ, Theodoricum verò suū seruum, tanquā ex Concubina natū, & ideo indecēs fore, proprio seruo vnquā manus dare. Erat autem Iringus vir audax, fortis manu, acer ingenio, acutus cōsilio, pertinax in agēdis rebus, facilis ad suadendū quæ veller, hisq; rebus animū sibi Irminfridi cōnexuerat. Cōuocatis principibus, & necessarijs amicis, Irminfridus verba legati in præsentiā eorū cōtulit. At illi vnanimiter suadebāt, quæ pacis atq; cōcordiæ sunt, eū sentire: quia impetus Francorū ferre nō posset, maximē qui acrioribus hostium armis ex alia parte premeretur. Iringus verò votis lasciuiæ nō licetis satisfaciēs, suavit Irminfrido, Francis cedere nō debere, super negotio regni iustiorē causam se habere, latum præterea imperium, militum manus & arma, cæterasq; belli copias sibi ac Theodorico parum procedere. Secundum hęc verba Irminfridus respondit legato, amicitiam quidem sui & propinquitatem Theodorico non negare, miratamen non satis posse, quomodo vsurpare veller prius imperium quam libertatem, seruum natum, & quomodo sui quæreret dominium? proprio seruo non pot se manus dare. Legatus contra hęc satis commotus, malle, inquit, hoc sanguinem tibi tradere, quā huiuscemodi verba à te audire, sciens ea multo sanguine Francorum atque Turingorum diluenda: & hęc dicens, reuersus ad Theodorico, quæ audiuit non celat. Theodoricus autem nimiam iram vultu celans sereno, Oportet nos, inquit, ad seruitium Irminfridi festinare, quatenus qui libertate priuamur, inani saltem vita fruamur: & cum graui exercitu appropians terminis Turingorum, inuenit cum valida quoq; manu generum suum se expectantem in loco, qui dicitur Runibergun, & commisso certamine, pugnatum est ancipiti bello vna die & secunda. Tertia verò die victus Irminfridus cessit Theodorico, & fugiens tandem se recepit cum reliquo comitatu in vrbe, quæ dicitur Schidinga, sita super fluuium, qui dicitur Vnstrode. Theodoricus autem congregatis ducibus ac militum principibus exercitus sui, rogat sententiam, vrūmnam censerent, Irminfridum persequendum, an patriam remeandū. Inter quos Waldricus consulatus, Censeo, inquit, causa cæsos sepeliendi, vulneratos curandi, maiorem exercitū congregandi, patriam remeandum. Neque enim arbitror, multis militibus tuorum amissis, sufficere nos posse ad peragendum præsens bellum. Si enim barbarationes innumeræ in nos consurgant, multis nostrorū debilitatis, per quos vioces? Erat autē Theodorico seruus satis ingeniosus, cuius consiliū expertus est seruius probū, eiq; propterea quadā familiaritate coniunctus. Hic rogatus sententiā dare, In rebus, inquit, honestis pulcherrimā semper esse arbitror perseverantiā quā ita coluerūt maiores nostri, vt acceptis negotijs rarè vel nunquā deficerēt. Nec tamē labores nostros eorū æquādos putauerim, qui paruis copiis ingētes gentiū copias superauerūt. Nūc terra in nostra est potestate, & discessione nostra victi occasione vincēdi præstabit. Amplecterer & ipse patriā redire, familiarē necessitudinē videre, si hostē nostrū eo spacio scirē otio vacare. Sed vulnerati nostri forsitan hac re indigēt. Castrorū iste labor, impigris animis, reor, p maxima voluptate est. Ergo cesa multitudine, exercitus est vehementer attenuatus, hostes non omnes euaserunt? certè rarissimus. Ipse namque dux, vt quædam bestiola, suo munitur latibulo, vrbis circumdatur claustro, nec ipsum cælum securè audet inspicere, nostro



nostro cogente timore. Sed non desunt ei pecuniæ, quibus conducantur nationes barbaræ, nec deest militum manus licet lassæ? Verum hæc omnia nostra absentia redintegrantur: indecorum est victoribus, victis vincendi locum dare. Num singulis urbibus administranda sufficimus præsidia? sed eas omnes perdimus, dum imus & redimus. Hæc eo prosequente, placuit Theoderico, omnibusque gloriæ victoriæ avidis, manere in castris, & mittere ad Saxones qui iam olim erant Turingis acerrimi hostes, quatenus ei essent in auxilio: Siquidem vinceret Irminfridum, urbemque caperent, terram eis in possessionem æternam traderet. Saxones nihil cunctati, nouem duces cum singulis millibus militum destinare non dubitant, & ingressi duces in castra, singuli cum centenis militibus, reliqua multitudine extra castra dimissa, salutant Theodoricum verbis pacificis. † Quos cum Theodoricus hilarior suscepisset, dextris datis & acceptis, comparans imperijs, misit nos ad te, & ecce assumus, ad omne quodcumque tibi voluntas suggererit, parati, ut aut hostes tuos vincamus, aut si fortuna aliud iusserit, pro te moriamur. Aliam enim causam nullam Saxonibus esse scias, nisi vincere velle aut certe viuere nolle. Neque enim gratiam maiorem amicis exhibere possumus quam ut pro eis mortem cõtemnamus. Et ut hoc experimẽto discas, omnino desideramus. Illis hæc loquentibus, mirati sunt Franci, præstantes corpore & animo viros, mirati sunt & nouum habitum, arma quoque & diffusos scapulas cæsarie, & supra orania ingentem animi constantiam. Nam vestiti erant sagis & armati longis lanceis, & subnixi stabant paruis scutis, habentes ad renes cultellos magnos. Erant etiam qui dicerent, tantis ac talibus amicis Francos non indigere, indomito genus hominum fore, & si præsentem terram inhabitarent, eos procul dupio esse qui Francorum imperium quandoque destruerent. Theodoricus verò dam urbem præpararentur. Illi à rege regressi, castrametati sunt ad meridianam plagam urbis in pratis fluuio contiguus, & postera die prima luce surgentes sumptis armis oppugnant oppidum incenduntque. Capto oppido & incenso, aciem ac se in vltimis necessitatibus constitutos, audacter erumpunt portis, cæcòque fugore irruunt in aduersarios, & telis emissis, gladijs proinde res agitur. Cumque graue bellum oriretur, plures hinc, plures inde sternuntur: Istis pro patria, pro vxoribus ac natis, postremò pro ipsa vita pugnantibus, Saxonibus verò pro gloria, & pro terra acquirenda certantibus. Attollitur clamor virorum inuicem exhortantium, fragor armorum, & genitus morientium, taliq; spectaculo tota dies illa sistet, iam tardior hora præliũ diremit. Eo die ex Turingis multi interfecti, multi ab Irminfrido cum supplici legatione, & omnibus suis thesauris, ad Theodoricũ pro pace ac spontanea deditioe & accedens Iringus: hæc, ait, misit tibi quondam miseraris, nepotum quoque tuorum in vltima necessitate cõstitutorum. Cum hæc lacrymans dixisset, interpellatio principum auro corruptorũ adiecit: quia decens foret clementiæ regali, quò talem supplicationẽ non sperneret: cõmunium quoque naturæ rerum nõ obliuisceretur, vtiliusq; esse eum in fide suscipere, quem iam superatum haberet tanquam contritum, ut nunquam se cõtra eum possit leuare, quàm illud genus hominum indomabile, & ad omnẽ laborem perdurabile, à quo nihil expectaret Francorum imperium nisi solum periculũ: In peracto quoque belius esse, ut susceptis Turingis pariter eos eiicerent de finibus suis. His dictis licet inuitus, flectitur tamen Theodoricus, promissiq; postera die generum suum se suscepturum, Saxonisque abiecturum. His auditis Iringus, vestigijs prosternitur renuncio, lætum eum, omnemque urbem securiorem reddidit. Mansitq; ipse in

Saxones Turingorum hostes, Francorũ auxiliarii.

† al. Quod

Saxonum habitus.

Virtus ad Schedingam.

Iringus pacis interueniens.



Accipiter cap-  
tus noua op-  
pugnationis  
causa.

Hathagast.  
Saxonum sa-  
crum signum.

Irminfridi  
fuga  
Saxonum re-  
ligio Ethn.

Græcis æpic  
Mars est,  
ἐπιμὲς Μερ-  
curius.

Saxones par-  
te Turingie  
donati socii  
atq; amici Frã-  
corum appel-  
lati.

castris, nequid aduersi nox ipsa moliretur. Interea vrbe ex pace promissa secu-  
riore reddita, egressus est quidam cum accipitre victum queritans supra littus flu-  
uij supradicti. Emissa verò volucre, quidam ex Saxonibus in vltiore ripa ilico  
eum suscepit. Quo rogante vt remitteretur, Saxo dare negauit. Ille autem, da-  
quit, & secretum tibi fociisq; tuis vtile prodam. Saxo ecōtrā, dic, vt accipias, quod  
quæris. Reges, inquit, inter se pace facta decretum tenent, si cras inueniamini, in  
castris capiamini, aut certè occidamini. Ad hæc ille, seridò an ludo hæc ais: secunda  
hora, ait, sequentis dici probabit, quia vos oporteat sine ludis agere. Quapropter  
consulite vobis ipsis, & fuga salutem quærite. Saxo statim emittens accipitrem,  
focijs retulit, quæ audiuit. Illi satis commoti, non inueniebant in promptu, quid  
super hoc agere debuissent. Erat autem tunc in castris quidam de veteranis mili-  
tibus iam senior, sed viridi senectute adhuc vicens, qui merito bonarum virtu-  
tum, pater patrum dicebatur, nomine Hathagast. Hic arripiens signum, quod a-  
pud eos habebatur sacrum, Leonis atque Draconis, & desuper aquilæ volantis  
insignitum effigie, quo ostentaret fortitudinis atque prudentiæ & earum rerum  
efficaciam, & motu corporis animi constantiam declarans, ait: Huc vsq; inter op-  
timos Saxones vixi, & ad hæc ferè vltimam senectutem ætas me perduxit, & nun-  
quam Saxones meos fugere vidi, & quomodo nunc cogor agere, quod nunquā  
didici. Certare scio, fugere ignoro, nec valeo. Si facta non sinunt vltra viuere, li-  
ceat saltem, quod mihi dulcissimum est, cum amicis occumbere. Exemplo mihi  
paternæ virtutis sunt amicorum corpora circa nos prostrata, qui maluerunt mo-  
ri, quàm vinci, impigras animas amittere, quam coram inimicis loco cedere. Sed  
quid necesse habeo, exhortationem protrahere tantisper de contemptu mortis.  
Ecce ad securos ibimus, ad cædem tantum non ad pugnam. Nam de promissa pa-  
ce ac nostro graui vulnere, nihil suspicantur aduersi, hodierno quoq; prælio fati-  
gati, quemadmodum sunt sine metu, sine vigilijs & solita custodia manent. Irrue-  
re igitur super improuisos & somno sepultos, parum laboris est: sequimini me du-  
cem, & hoc canū caput meum vobis trado, si nō euenerit, quod dico. Illius igitur  
optimis verbis erecti, quod supererat dici, in reficiendis suis corporibus expen-  
debant: Deinde prima vigilia noctis dato signo, qua solet sopor grauior occupare  
mortales, sumptis armis, præcedente duce, irruunt super muros, inuenienteq; si-  
ne vigilijs ac custodijs, ingressi sunt vrbe cum clamore valido. Quo excitati ad-  
uersarij, alij fuga salutem quæsierunt, alij per plateas & muros vrbis vt ebrij erraue-  
runt, alij in Saxones, ciues suos putantes, inciderunt. Illi verò omnes perfectæ æta-  
tis morti tradiderunt, impuberes prædæ seruauerunt. Eratq; nox illa plena clamoribus,  
cæde atq; rapina, nullusq; locus in omni vrbe quietus, donec aurora rutilas  
surgit, & incruentam declarat victoriam. Cumq; penes regem videlicet Irminfridi-  
dum, summa victoria esset, requisitus, cum vxore & filiis ac raro comitatu euasisse  
reperitus est. Mane autē facto, ad orientalem portam ponunt aquilā, aramq; victo-  
riæ construunt, secundum errorē paternum sacra sua propria veneratione vene-  
rati sunt, nimirum Martem, effigie columnarum imitantes Herculem, loco solis,  
quem Græci appellant Apollinem. Ex hoc apparet, æstimationē illorum vicinjq;  
probabilē, qui Saxones originē duxisse putāt de Græcis, qua Hirmin vel Hermes  
Græcè Mars dicitur, quo vocabulo ad laudē, vel ad vituperationē, vsq; hodie etiā  
ignorantes vtimur. Per triduum igitur dies victoriæ agentes, & spolia hostium di-  
uidentes, exequiasq; cætorum celebrantes, laudibus ducem in cælum attollunt,  
diuinum ei animū inesse, cælestemq; virtutē acclamantes, qui sua constantia tan-  
tam eos egerit perficere victoriam. Acta sunt autē hæc omnia, vt maiorum memo-  
ria prodit, Cal. Octobr. qui dies erroris religiosorū sanctione virorū mutati sunt  
in ieiunia & orationes, oblationes quoq; omniū nos præcedentiū Christianorū.  
His Itaq; omnibus peractis, reuersi sunt ad Theodoricum in castra, & ab eo susce-  
pti, satisq; laudati, & terra præsentis in æternam possessionem donati sunt. So-  
cij quoque Francorum & amici appellati, vrbe cui ab igne, vt proprijs memorijs,  
pepercere primum incoluerunt. Qui autem fines regis sequutus sit, quia memo-  
rabilis fama est, prodere non negligo. Missus denique Iringus ad Theodoricum  
eo



eodie, quo capta est ciuitas proxima nocte, susceptus ab eo permanfit in castris. *In Erminfridū insidie eiusq; sedes.*  
 Audito autem quia elapsus esset Irminfridus, egit vt dolo reuocaretur, & Iringus  
 eum interficeret, tanquam claris muneribus ab ipso donandus, ac magna potesta-  
 te in regno honorādus, ipse verò Theodoricus cedis illius quasi alienus existeret.  
 Quod cum Iringus ægrè suscepisset, falsis promissionibus corruptus, tandem ces-  
 sit, seq; parere illius voluntati confessus est. Reuocatus itaq; Irminfridus, proster-  
 nitur vestigijs Theodorici. Iringus verò tanquam armiger regalis stans secus, eu-  
 ginato gladio, prostratum dominum trucidauit. Statimq; ad eum rex: tali facino- *Iusta prodito-  
ris pena.*  
 re omnibus mortalibus odiosus factus, dominum tuum interficiendo, viam ha-  
 bere. Meritò, inquit Iringus, odiosus omnibus mortalibus factus sum, quia tuis  
 parui dolis: antequam tamen exeam, purgabo hoc scelus meum, † vindican- *† vindicabo*  
 do dominum meum, & vt euaginato gladio steterit, ipsum quoq; Theodoricum  
 obruncauit, sumensq; corpus domini, posuit super cadauer Theodorici, vt vin-  
 ceret saltem mortuus, qui vincebatur viuus, viamq; ferro faciens, discessit. Si qua  
 fides his dictis adhibeatur, penes lectorem est. Mirari tamen non possumus, in tan-  
 tum famam præualuisse, vt Iringi nomine, quem ita vocitant, lacteus cœli circulus  
 vsq; in præfens sit notatus. Saxones igitur possessa terra summa pace quieuerunt,  
 societate Francorum atq; amicitia vsu. Parte quoq; agrorum cum amicis auxilia- *Saxonū Prin-  
cipes & gen-  
tes tres.*  
 rijs vel manu missis distributa, reliquias pulsæ gentis tributis condemnauerunt.  
 Vnde vsq; hodie gens Saxonica triforini genere ac lege, præter conditionem ser-  
 tur, certis terminis exercitus congregandi potestate contentis, quos suis locis ac *Lex belli.*  
 ualios. Si autem vniuersale bellū ingrueret, sorte eligitur cui omnes obedire opor-  
 teat ad administrādum imminens bellū. Quo peracto, æquo iure ac lege propria  
 contentus potestate vnusquisq; viuebat. De legum verò varietate nostrum nō est  
 in hoc libello differere, cum apud plures inpeniatur lex Saxonica diligenter de- *Sueui transal-  
bini.*  
 scripta. Sueui verò transalbinam illam, quam incolunt regionem, eo tempore inuase-  
 runt, quo Saxones cum Longobardis Italiam adierunt, vt eorum narrat historia,  
 & ideo alijs legibus quàm Saxones vtuntur. Igitur Saxones variam fidem Franco-  
 rum experti, de quibus nobis non est dicendum, cum in eorum gestis inueniatur *Carolus Ma-  
gnus Saxones  
ad Christia-  
nismum per-  
ducit.*  
 Magni verò Carolus cum esset regum fortissimus, non minori sapientia vigila-  
 bat. Enimvero considerabat, quia suis temporibus omni mortali prudentior erat,  
 finitimam gentem nobilemq; vano errore retineri non oportere, & modis omni-  
 bus satagebat, quatenus ad veram viam duceretur, & nunc blanda suasionem, nunc  
 bellorū impetu ad id cogebat, tandemq; tricesimo imperij sui anno obtinuit. Im-  
 perator quippe ex rege creatus est, quod multis temporibus elaborando non de- *Lud. Caf. vlti-  
mus Carolo-  
rum.*  
 fecit. Ob id qui olim socij & amici erant Francorum, iam fratres, & quasi vna gens  
 ex Christiana fide, veluti modò videmus, facta est. Vltimus vero Carolorum apud *Ludgarda  
Augusta.*  
 orientales Francos imperantium, Ludouicus, ex Arnulpho, fratru ele Caroli, hu- *Ludolphus,  
Dux Saxon.*  
 jus Lotharij regis proauis, natus erat. Qui cum accepisset vxorem nomine Ludgar- *Bruno.*  
 dam, sororem Brunonis ac magni ducis Ottonis, non multis post hac vixerat an- *Otho.*  
 nis. Horum pater erat Ludolphus, qui Romam profectus, transtulit reliquias bea- *† al. quasi  
Conradus I.  
Caf.*  
 ti Innocentij Papæ. Ex quibus Bruno cum ducatum administrasset totius Saxo-  
 niæ, duxit exercitum contra Danos, & inundatione repentina circumfusus, non  
 habens locum pugnandi, perijt cum omni exercitu, fratri natu minori, sed omni *Henricus  
Anceps.*  
 virtute multò potiori, relinquens ducatum. Regi autem Ludouico non erat filius,  
 † al. quasi  
Conradus I.  
Caf.  
 omnib; populus Francorum atq; Saxonum, quærebat Ottoni diadema impone-  
 re regni. Ipse vero † quia iam grauior, recusabat imperij onus, eius tamen consul-  
 tu Conradus, quondam dux Francorum, vngitur in regem. Penes Ottonem ta-  
 men semper summum & vbiq; vigeat imperiū. Natus est autem ei filius toti mun-  
 do necessarius, regum maximus, optimus Henricus, qui primus libera potestate  
 regnauit in Saxonia: Qui cum primæua ætate, omni genere virtutum vitam suam



*Dalamanti.*

*Auares seu  
Vngari orti  
ab Hunis, &  
hi à Gothis.  
† al. proprio*

*Hunice irru-  
ptionis occasio  
& successus.*

*† al. circum-  
fusi*

*† al. Mora-  
uorum  
Suantopolcus  
rex Morano-  
rum.*

*Mali consilii  
euentus in-  
felix.*

*Henricus Auc.  
Dux Saxon.*

*Conradi Caf.  
in Henricum  
inuidia &  
insidia.*

ornaret, de die in diem proficiebat præcellente prudentia, & omnium bonorum actuum gloria. Nam maximum ei ab adolescentia studiū erat in glorificando gentem suam, & pacem confirmando in omni potestate sua. Pater autem videns prudentiam adolescentis, & consilij magnitudinem, reliquit ei exercitum & militiā aduersus Dalamantiam, contra quos diu ipse militauit. Dalamanti verò impetum illius ferre non valentes, conduxerunt aduersus eum Auares, quos modò Vngarios vocamus, gentem bello asperrimam. Auares autem, vt quidā putant, reliquæ erant Hunorum. Hunis egressi sunt de Gothis, Gothi autē de insula, vt Iornādes narrat, nomine Sultza, egressi sunt. A † populi autem duce nomine Gotha, Gothi appellati sunt. Coram quo cū quædā mulieres in exercitu suo rerum veneficarū arguerentur, requisitæ sunt & inuentæ culpabiles. Quarum cū esset multitudo, à merita quidem pœna abstinuit, ab exercitu tamen omnes eiecit. Eiectæ autē exultantē proximā petierunt: quæ cū mari cingeretur, & Mœoticis paludibus, inde exiit, di aditus nō patebat. Prægnantes autē iam quædā ex illis, ibidem partū ediderunt, à quibus cū alij atq; alij nascerentur, facta est gens valida, ferarūq; more viuentes inculti & indomiti, facti sunt venatores acerrimi. Post multa verò secula cū aliā mundi partem, illic cōmorantes, penitus ignorarent, contigit ceruā venatu inueniri, eāq; persequi, donec ipsa præcedente, omnibus retrò mortalibus intranmeabilem hæctenus viā, per Mœoticas paludes transmearent, ibiq; vrbes & oppida & inuisum antea genus hominū videntes, eadē via reuersi sunt, socijs talia referentes. Illi autē curiositatis causa cum multitudine perrexerūt audita probare. Firmitatē autē vrbes & oppida cū ignotā multitudinem & corpora, cultu habitūq; horrenda, vidissent, dæmonia esse credentes, fugiebant. Illi verò ad nouas rerum facies stupentes admirabundi, primū quidē à cæde & rapina abstinuerūt, sed ne mine resistente, humana tacti cupidine, multa cæde hominū facta, nulli rei proinde parcebant. Et capta præda magna, ad sedes suas reuersi sunt. Videntes autē quia res eis secus cederent, cum vxoribus & filijs & omni agresti supellectile iterū venientes, & finitimas gentes circumquaq; vastantes, Pannoniā postremò inhabitare cœperunt. Victi autē à Carolo Magno, & trans Danubiū pulsi, ac ingenti vallō circumclusi, prohibiti sunt à consueta gentiū depopulatione. Imperante autē Arator Centupulcho, regi † Marorū. Deinde quantā stragem quantamq; iniuriā imperio Francorū fecerint, vrbes ac regiones adhuc desolatæ testantur. Hęc ideo de hac gēte dicere arbitrati sumus, vt possit tua claritas agnoscere, cum qualibus auctuo patriq; certandū fuerit, vel à quibus hostibus per eorū prouidentia virtutē & armorū insignia, tota iā ferè Europa liberata sit. Prædictus igitur exercitus Vngarorū, à Sclauis conductus, multa strage in Saxonia facta, & infinita capta prædamantiā reuersi, obuium inuenerūt aliū exercitum Vngarorū, qui comminati sunt bellū inferre amicis eorū, eò quòd auxilia eorū spreuissent, dum illos ad tantā prædam duxissent. Vnde factū est, vt secundò vastaretur Saxonia ab Vngaris, & prior exercitu in Dalamantia secundū expectante, ipsa quoq; in tantā penuriā miseriam ducta sit, vt alijs nationibus eo anno, relicto proprio solo, pro annona seruiret. Igitur patre patriæ & magno duce Ottone defuncto, illustri & magnifico filio Henrico totius Saxonie reliquit ducatum. Cū autē ei essent & alij filij, Thangmarus & Ludolfus, ante patrem suū obierunt. Rex autem Conradus, cū sæpe expertus esset virtutē noui Ducis, veritus est ei tradere omnē potestatem patris. Quo factū est, vt indignationē incurreret totius exercitus Saxonici. Fictè tamē pro laude & gloria optimi ducis plura loquutus, promisit se maiora sibi daturū, & honore glorificaturū. Saxones verò huiuscemodi simulationibus nō attendebant, sed suadebant Duci suo, vt si honore paterno eū nollet sponte honorare, rege inuito quæ vellet obtinere posset. Rex autē videns vultum Saxonū erga se solito austeriorem, nec se posse publico bello eorū ducem conterere, suppeditante illi fortū militum manu, exercitus quoq; innumera multitudine, egit vt quoq; modo interficere dolo: Deniq; ab amicis regijs ei insidiæ machinatur. Quæ tamē ab aurifice, torquæ aureā ad vsus doli fabricante, deteguntur. Quidā enim insidias tendentiū ingressus ad



sus ad aurificē, opus cōsiderandi gratia, eoq; inspecto, aliū ingemuisse fertur. Tā-  
tigemitus causam dū faber interrogat, hoc responsi accepit, quia optimi viri Hen-  
dici post modicū deberet illa torques sanguine infundi. Audita faber tanquā parui  
pendens silentio textit. Opere perfectō traditoq;, missionē petit & accipit, occur-  
rensq; duci iuxta locū qui dicitur Cassala, secretò interrogat, quò iturus esset. Ille  
se ad conuiuiū munusq; honorificum inuitatū, & ad hoc ire velle respondit. Auri-  
fex illicò audita prodit, & ducē ab itinere prohibuit. Vocat autem legatum, qui ea  
hora inuitandi eum gratia aderat, imperatq; suis dominis gratias agere pro fideli  
inuitatione: non posse verò se in præfenti eos visitare propter repentinas barbaro-  
rum incurfiones, cæterum in sui seruitio incunctanter permanfurū. Ad orientem  
autē conuersus cum suo comitatu, collecta manu, omnia quę erant Pontificis, qui  
eo tempore Moguntia præerat, Hathonis, in omni Saxonia vel Turingorum terra  
occupauit: Burchardū quoq; & Bardonē, quorū alter gener erat regis, in tantū af-  
flixit, & bellis frequentibus contriuit, vt terra cederent, eorūq; omnē possessionē  
suis militibus diuideret. Hattho autē videns suis artibus finē impositū, Saxonūq;  
res florescere, nimia tristitia ac morbo pariter confectus, post non multos dies de-  
ficiens, diem extremum obiit, vir magnę prudentiæ, & qui tempore Ludouici ad-  
olefcentis super imperio Francorum acri cura vigilabat, multas discordias in re-  
gno conciliabat, templum Maguntia nobili structur a illustrabat.

Cassala.

Hatto Mogun-  
tinus cum so-  
ciis ab Henri-  
co multatus.

*Variat de præmissa structarum & detestatarum Henrico insidiarum narratione  
exemplum editum, & omnia luculentius & planius refert. Quare expositionem  
illam hic infero.*

REx autē videns vultum Saxonū erga se solito austeriorē, nec se posse publico  
bello eorū Ducem cōterere, suppeditante illi fortiū militum manu, exercitus  
quoq; innumera multitudine, egit vt quoquo modo interficeretur dolo. Ad hoc  
negotiu habēs, vt fertur, maximē idoneū Mogōtiacę sedis Episcopū, nomine Hat-  
tonē. Hic obscuro genere natus, ingenioq; acut<sup>9</sup>, & qui difficilē discerneret, me-  
lior cōsilio foret an peior. Quod ex vno eius actu colligi potest. Nā cū bellū esset  
Cōrado, regis Cōradi patri, & Adelberto, Henrici ex sorore nepoti, primū inter-  
fectus est frater Adelberti, postea in vltionē fratris Conradus quoq; occisus est ab  
Adelberto, nec vllus regū tā ingēs bellū inter eminentes viros potuit sedare. Sum-  
mus postremò Pōtifex mittitur ad sedandā tā ingentē discordiā: & ingressus ciuita-  
tē Adelberti, sub iure iurādo spopōdit, aut ei pacē cum rege facturū, aut incolumē  
loco suo cōstituturū. His pactis cōsentiens Adelbertus, fidei gratia, & amicitia, q  
dignaretur aliquid gustare, rogauit. Quo negāte, illico egressus est vrbē: Cūq; per-  
mansisset oppidū cū omni comitatu, fertur proclamasse: Proh, inquit, sæpius petit,  
qui oblata spernit. Tēdet melōgioris vię, tardiorisq; horę: nā ieiuni tota die nō pos-  
sumus ambulare. Lætus Adelbertus inclinauit se ad genua Pōtificis, & vt gustādi  
causa in vrbē reuerteretur, deposcit. Pōtifex in vrbē reuersus cū Adelberto, libera-  
tur à lege iuramēti, vt sibi videbatur, eò quòd incolumem eū loco suo cōstituisset.  
Post hæc regi à Pōtifice præsentatus Ludouico, & dānatus, capitalē accepit sentē-  
tiā. Hac igitur perfidia quid nequius? Attamē vno capite cæso, multorū capita po-  
pularū saluātur. Et quid melius eo cōsilio, quo discordia dissolueretur, & pax red-  
deretur? Ea itaq; varietate virū nobis propriē à summa clemētia cōcessum aggress-  
us est, fecitq; ei torquem aureā fabricari, & inuitauit ad conuiuiū, quo magnis ab  
eo muneribus honoraretur. Interea Pontifex opus considerandi gratia ingreditur  
ad aurificē, & visa torque ingemuisse fertur. Gemitus causam aurifex interrogat.  
Cui respondit, quia optimi viri, & sibi carissimi, scilicet Henrici sanguine illa tor-  
ques deberet intingi. Aurifex audita silentio textit, & opere perfectō traditoq; mis-  
dit. Ipse autem vehementer iratus, vocat legatum Pontificis, qui iam pridem ad-  
erat, inuitandi eum gratia: Vade, inquit, dic Hattoni, quia durius collum non ge-  
rit Henricus, quàm Adelbertus: & quia melius rati sumus domi sedere, & de eius

Ingenium ver-  
sipelle.

Cōradus Dux  
Franc.

Adelbertus Pa-  
berus.

Fraudulenta  
machinatio.

Lud. IIII.  
Cas.



*Homini frau-  
dulentis mors.*

seruitio tractare, quàm comitatus nostri multitudine modò eū grauare: & statim omnia quæ viris ipsius erant in omni Saxonia vel Thuringorum terra, occupauit Burcardum quoq; & Bardonem, quorum alter gener regis erat, in tantum afflictis, & bellis frequentibus contriuit, vt terra cederent, eorumq; omnem possessionem suis militibus diuideret. Hatto autem videns suis calliditatibus finem impositum nimia tristitia ac morbo pariter post non multos dies confectus, interijt. Fuere etiam qui dicerent, quia fulmine cœli tactus, eoq; ictu dissolutus, post tertium diem defecisset. Hactenus exemplum editum.

*Heresburgia.*

*Arrogantia  
punita.*

*Eberhardus,  
Cesaris fra-  
ter.  
† al. ablen-  
tia  
† malè  
Grona.*

*Ditmarus Co-  
mes, eiusq; fra-  
tagema.  
† al. ingenij*

*Arnulphus  
Dux Ba-  
uarie.  
Conradi Caf-  
morbus et mā-  
data postre-  
ma.*

*Mors & se-  
pultura.  
† al. Quid-  
lingaburg*

*Fridislaria.  
Henricus Auc-  
Conrado sur-  
rogatus.  
Hirigerus Mo-  
guntinus.*

Rex autem misit fratrem cum exercitu in Saxoniam, ad eam deuastandam: qui ap- propians vrbi quæ dicitur Heresburg, superbè locutum tradunt, quia nihil ei maiori cure esset, quàm quòd Saxones, pro muris se ostendere non auderent, quò cum eis dimicare potuisset. Adhuc sermo in ore eius erat, & ecce Saxones ei occurrerunt milliari vno ab vrbe, & inito certamine, tanta cæde Francos multati sunt, vt à mimis declamaretur, vbi tantus ille infernus esset, qui tantam multitudinem cesorum pere periret. Frater autem regis Eberhardus liberatus à timore & absentium Saxonum, (nā eos præsentem vidit) & ab ipsis turpiter fugatus, discessit. Audiens autem rex & turpiter pugnatum à fratre, congregata omni virtute Francorum, perrexit ad requirendum caricum. Quæ compertum in præsidio vrbis, quæ dicitur Grona, tentauit illud oppugnare præsidium, & missa legatione pro spontanea ditione, spòdet, se per hoc sibi amicum futurum non hostem experturum. Huic legationi interuenit Ditmarus ab oriente, vir discipline militaris peritissimus, varius, consilioq; magnus, & qui calliditate ingenita multos mortales superaret. Hic superueniens legatis regis præsentibus, interrogat, vbi vellet exercitum castrametari. At ille iam suasus cedere Francis, accepit fiduciam, audiens de exercitu, credens ita esse. Ditmarus verò fictè loquebatur. Cum quinque enim tantummodo viris venerat. De numero autem legionum sciscitante duce, ad xxx. ferè legiones se producere posse respondit, & ita delusi legati, regressi sunt ad regem. Vicit verò eos calliditate sua Ditmarus, quos ipse dux vincere ferro non potuit Henricus. Nā ante lucanum relictis castris Franci, vnusquisq; redijt in suam. Rex autem profectus in Bauariam, dimicauit cum Arnulpho, & ibi, vt quidam tradunt, vulneratus reuertitur in patriam suam. Cumq; se morbo sensisset laborare pariter cum vulnere defectione primæ fortunæ, vocat fratrem, qui eum visitandi gratia adierat, quemq; ita alloquitur: Sentio, inquit, frater, diutius me istam vitam tenere non posse, quem ordinauit ita, imperante, grauiq; morbo id cogente. Quapropter considerationem tui habeto, & quod ad te maximè respicit, Francorum toti regno consulito, meo attendendo fratris tui consilio. Sunt nobis, frater, copie exercitus congregandi atq; ducendi, sunt vrbes & arma cum regalibus insignijs, & omne quod decus regium deposcit, præter fortunam atq; mores. Fortuna, frater, cum nobilissimis moribus Henrico cedit, rerum publicarum secus Saxones summa est. Sumptis igitur his insignijs, lancea sacra, armillis aureis cum chlamyde & veterum gladio regum, ac diademate, ita ad Henricum, facito pacem cum eo, vt eum fœderatum possis habere in perpetuum. Quid enim necesse est, vt cadat populus Francorum tecum coram eo? Ipse enim verè Rex erit, & imperator multorum populorum. His dictis frater lacrymans se consentire relinquit. Post hæc autem ipse rex moritur, vir fortis & potens, domi militieq; optimus, largitate serenus, & omnium virtutum insignijs clarus, sepeliturq; in ciuitate sua Wil- lingaburg cum mœrore ac lacrymis omnium Francorum. Vt ergo rex imperaret, Eberhardus adiit Henricum, seq; cum omnibus thesauris illi tradidit, pacem fecit, amicitiam promeruit, quam fideliter, familiariterq; vsq; in finem obtinuit. Deinde deinde congre- gatis principibus, & natu maioribus exercitus Francorum, in loco qui dicitur Fridislaria, designauit eum regem coram omni populo Francorum atq; Saxonum. Cumq; ei offerretur vnctio cum diademate à summo Pontifice qui eo tempore Hirigerus erat, non spreuit, nec tamen suscepit, Satis inquit, mihi est, vt præ maioribus meis rex dicar & designer, diuina annuere gratia, ac vestra pietate: penes meliores verò ser- bis vnctio & diadema sit, tanto honore nos indignos arbitramur. Placuit itaq; ser- mo iste coram vniuersa multitudine, & dextris in cœlum leuatis, nomen noui regis cum clamore valido salutantes frequentabant. Eo ordine rex factus Henricus, perrexit cum



cum omni comitatu suo ad pugnandum contra Burchardum, ducem Alemanniæ. Hic cum esset bellator intolerabilis, sentiebat tamen, quia valde prudens erat, se congressionem regis sustinere non posse: tradidit ergo semetipsum ei cum vniuersis vrbibus & populo suo. Et rebus prosperè gestis, transijt inde in Bauariam, cui præsidebat Arnulphus Dux. Quo comperto in præsidio vrbis, quæ dicitur Reginesburg, obsedit eum. Videns autem Arnulphus, quod resistere regi non sufficeret, apertis portis egressus est ad regem, tradito semetipso cum omni regno suo. Qui honorificè ab eo susceptus amicus regis appellatus est. Rex autem de die in diem proficiens & crescens, robustior maiorque ac clarior pollebat. Cumque regnum sub antecessoribus suis ex omni parte confusum ciuilibus atque externis bellis colligeret, pacificaret & adunaret, signa mouet contra Galliam & Lotharij regnum. Lotharius enim erat filius Ludouici Imperatoris, à magno Carolo nati. Huic egerant fratres Carolus & Ludouicus. Carolo Aquitaniæ & Wascanorum cessere regiones, terminum habens ab occidente Barcionam, Hispaniæ urbem, ab Aquilone Britannicū mare, & ad meridiem iuga Alpium, ad orientem verò Mosam fluuiū, Inter Mosam verò & Rhenū, Lothario regnū cessit, Ludouico autem à Rheno vsque ad fines Illyrici & Pannoniæ † Oderam quoque fluuiū & terminos Danorū, imperiū erat. Sub his fratribus bellū famosum actū est in Phontinith, antequam hæc diuisio regni fieret, quæ postea facta inuiolabiliter mansit, quousque iure hæreditario hæc regna omnia cederent Carolo, huius Lotharij proauo, de quo supra mentionem fecimus. Hunc quidam ex orientalibus Francis adiens, nomine Odo, vir fortis & prouidens, egit consilio suo, vt cum Danis benè pugnaretur, qui iam multis annis Caroli regnū vexabant, vnaque die ex eis ad centum millia cæderentur. Ex hoc ille Odo clarus & insignis habitus, & à rege secūsus significatus, cum ad eum venerit vno tantum serualo comite contentus. Moriens autem Carolus iussit Odonem memoriam beneficij sui fore, & misericordiam sibi præstitam filio, si nasceretur, non negatris filius nasceretur, Odo eū & regno pariter & nomine paterno declarauit. Sed Arnulphus imperator, qui seniosem Carolum Germania expulit, post mortem eius omne regnum ipsius sibi vendicauit. Huic Odo & diadema & sceptrum & cætera regalia ornamenta obtulit, imperiumque domini sui gratia Imperatoris Arnulphi obtinuit. Vnde vsque hodie certamen est de regno, Carolorum stirpi & posteris Odonis, concertatio quoque regibus Carolorum & orientalium Francorum, super regno Lotharij. Ob quod Henricus rex mouit castra contra Carolum, eiusque sceptus fudit exercitum, iuuitque virum fortem fortuna. Nam Hugo, cuius pater Robertus, filius Odonis, ab exercitu Caroli occisus est, misit & dolo eum cepit, postquam in custodia publica, donec vitam finiret. Henricus autem rex audiens causam Caroli, dolebat, humanèque mutabilitatis communem admiratus est fortunam: quia non minori claruit religiositate quam armorum virtute. Iudicauitque abstine- re quidem ab armis, verum potius arte superaturum se sperauit Lotharios, quia gens varia erat, & artibus assueta, bellis prompta, mobilisque ad rerum nouitates. Eo tempore erat quidam de Lotharijs nomine Christianus, qui videns regi cuncta prosperè succedere, quæsiuit quomodo maiori gratia apud regem honoraretur. Simulata infirmitate, vocauit ad se † Isilbertum, cui principatus regionis partem successione cessit, cœpitque eum arte, & sub custodia regi Henrico transmitti. Erat autem Isilbertus nobili genere ac familia antiqua natus, quem rex satis letus suscepit, quia per ipsum solum totum Lotharij regnum se habiturum arbitrat- us est. Deinde videns adolescentem valde industrium, genere ac potestate, diu- tijs quoque clarum, liberaliter eum cepit habere, ac postremò desponsata sibi filia, nomine Gerberga, affinitate pariter cum amicitia iunxit eum sibi, sublegato om- ni ei Lotharij regno. Genuit quoque ei & alios filios clara & nobilissima, ac singula- ris prudentiæ regina, nomine Matilda, primogenitum, mundi amorem, nomine Ottonem, secundum patris nomine insignitum, virum fortem & industriū, Hen- ricum, tertium quoque nomine Brunonem, quem pontificis summi ac ducis magni vidimus officium gerentem. Ac ne quis eum culpabilem super hoc dixerit, cum

Burchardus  
Dux Alemanniæ.

Arnulphus  
Bauarus.  
Ratisbona  
Regensburg.

Lotharii re-  
gnum, seu Lo-  
tharingia.

† al. ad Orā

Odo Ostrofrā-  
cus, eiusque in-  
cremensis.

Rex creatus,  
& inde nate  
contentiones.  
Caroli.

Caroli Rex  
Gallia.  
Hugo Ma-  
gnus, Comes  
Pa.

Lotharii seu  
Lotharingi.

Christianus,  
Lotharingus.  
† al. proce-  
dere  
† al. Gisel-  
bertum,  
Giselbertus,  
Dux Lotha-  
ringia.

Henrici Cas-  
conius & li-  
beri.



Samuelem sanctum & alios plures sacerdotes pariter legamus & iudices. Aliam quoque filiam genuit, quæ nupserat Hugoni Duci. Erat namque ipsa domina regina filia Theoderici, cuius fratres erant Widikind, Immed, & Reginbern. Reginbern autem ipse erat, qui pugnauit contra Danos, multo tempore Saxoniam uastantes uicique eos, liberans patriam ab illorum incursionibus usque in hodiernum diem. Et hi erant stirpis magni ducis Widikindi, qui bellum potens gessit contra magnū Carolum per triginta ferme annos. Cumque iam ciuilia bella cessarent, iterum Vngari totam Saxoniam percurrentes, vrbes & oppida incendio tradiderunt, & tantam cædem ubique egerunt, ut ultimam depopulationem comminarentur. Rex autem erat in præsidio vrbs, quæ dicitur Werlaon. Nam rudi adhuc milite, bello publico infueto, contra tam saeuam gentem non credebat. Quam autem fecerint stragem illis diebus, aut quanta monasteria succenderint, melius iudicauimus silere, quam calamitates nostras uerbis quoque iterare. Contigit autem quendam ex principibus Vngarorum capi, uinctumque ad regem duci. Vngari uero ipsam in tantum dilexerunt, ut pro redemptione illius innumera auri & argenti pondera offerrent. Rex autem spernens aurum, ex postulat pacem, tandemque obtinuit, ut reddito captiuo cum alijs muneribus ad nouem annos pax firmaretur. Quoniam uero rex Rhenū transierat, ad dilatandum super Lotharios imperium suū, occurrit ei legatus Caroli, & salutato eo uerbis humilimis: Dominus meus, inquit, Carolus, regia quondam potestate præditus, modo priuatus, misit me ad te, demandans, quia nihil ei ab inimicis circumuento iucundius, nihil dulcius esse possit, quam de tui magnifici profectus gloria aliquid audire, fama uirtutum tuarum consolari, & hoc tibi signum fidei & ueritatis transmisit, protulitque de sinu manum preciosi martyris Dionysij, auro gemmisque inclusam, hoc, inquit, habero pignus fœderis perpetui, & amoris vicarij. Hanc partem unice solatijs Francorum, Gallia inhabitantium, postquam nos deseruit insignis martyr Vitus, & ad nostram patriam uenit, uestramque perpetuam pacem Saxoniam uisitauit, communicare tecum maluit. Neque enim postquam translatum est corpus eius a nobis, ciuilia uel externa cessauere bella. Eodem quippe anno Dani & Northmanni regionem nostram inuaserunt. Rex autem munus diuinum cum omni gratiarum actione suscipiens, prosternitur reliquijs sanctis, & deosculans eas, summa ueneratione ueneratus est. Inclytus uero martyr, de quo legatus Caroli disseruit, erat in Lycia prouincia nobili natus familia, sed pagana, quem pater præsidii prouinciæ, Valeriano, præsentauit, eumque ipse præsens ad immolandum simulachris coegit, sed interea manum perdidit, & oratione ipsius iterum sanam recepit. Brachia tortoribus aruerunt, sed meritis matris restituta sunt eis. Videns autem pater, quia tormenta irrisit, domum reduxit, cubiculo omnibus delitijs affluentem reclusit: ibi cum arcana quædam Hylas (sic enim uocabatur pater eius) conspiceret, cæcus efficitur, & coactus idolis abrenunciauit, Christum confessus. Illuminatus autem per merita filij sui Viti, Christum negauit, & filium interficere quæsiuit. Monitu Angelico atque ductu, Modestus iam grauior pædagogus, puerum sumit, mare nauigat, ad Siler fluuium uenit. Ibi sub arbore quadam requiescentes, vacant orationibus, aquilis uictum quotidianum ministrantibus. Populis eum uisitantibus, puer prædicat Christum, plures conuertit, plures baptismum suscipere facit. Post hæc a Diocletiano Cæsare uocatus, Romam proficiscitur, & filio Imperatoris per orationem Viti a dæmone purgato, thura dijs offerre cogitur. Illo uero durius Imperatori respondente, bestijs proijcitur, nec læditur. Deinde in medium clibani ardentis iactatur, & Angelo flammam sedante, illæsus egreditur. Vinculorum ingenti ferro oneratus, carceri traditur, sed ibi a domino & multitudine angelorum uisitatur. Postremo tormento, quod Calasta dicitur, cum Modesto & quadam nobili femina Crescencia figitur, & fractis omnibus membrorum molibus, a Christo consolatur. Nam fulmine cæli tortores tacti, & tonitru ingenti perterriti, ab eo fugantur. Subitoque reperiuntur in loco, ubi prius orationi uacabat, angelo domini ibi cum restituentem, & uictima oratione celebrata, animas cælo tradiderunt. Corpora uero Florentia, quædam illustri femina, terræ tradidit in eodem loco, qui dicitur Marianus. Eius ultimam

† al. Thiaderici  
Theodoricus,  
focer Caf. eius  
que liberi.  
Widikindus  
Magnus.  
Irruptio Vngarorum.

Werla.

Inducia non  
uemales cum  
Vngaris.

Legatio Caroli,  
regis  
Gal. ad Caf.

Francin Gal  
lia.

Legenda S.  
Viti.



mam orationem tuæ gloriæ significare curavi, vt inde sumas, quo eius amore ar-  
 deas, & ardore ipsius amoris perpetuum eius patrocinium merearis : Domine,  
 inquit, Ihesu Christe, fili Dei viui, perfice desiderium cordis eorum, & libera  
 eos ab omnibus impedimentis huius seculi, & perduc eos ad gloriam tuam, qui  
 per me glorificant te, & volunt gloriari de mei martyrij passione. Hanc vocem  
 subsequuta est sponso diuinæ promissionis, rata & firma esse omnia, quæ rogaf-  
 set. Post multa verò tempora Romam veniens quidam Felradus nomine & ibi  
 gesta legens preciosi martyris, notauit locum sepulchri, veniensque leuauit re-  
 liquias sacras, & collocauit eas in pago Parisiaco. Inde regnante Ludouico im-  
 peratore translatae sunt in Saxoniam, & vt legatus Caroli confessus est, ex hoc  
 res Francorum coeperunt minui, Saxonum verò crescere, donec dilatata ipsa  
 iam sua magnitudine laborant, vt videmus in amore mundi & totius orbis capite,  
 sed tota ferè Europa non sustinet. Colito itaque tantum patronum, quo adue-  
 niente, Saxonia ex serua facta est libera, ex tributaria multarum gentium domi-  
 ni. Neque enim talis ac tantus summi Dei amicus tui gratia indiget, nos verò fa-  
 muli ipsius indigemus. Vnde vt eum possis habere intercessorem apud cœlestem  
 imperatorem, habeamus te aduocatum apud terrenum regem, tuum scilicet  
 patrem atque fratrem. Igitur Henricus rex accepta pace ab Vngaris ad nouem  
 annos, quanta prudentia vigilauerit in munienda patria, & in expugnando bar-  
 baras nationes, supra nostram est virtutem edicere, licet omnimodis non oport-  
 earat. Et primum quidem ex agrariis militibus nonnum quēque eligens,  
 in vrbibus habitare fecit, vt cæteris confamiliaribus suis octo habitacula extrue-  
 ret, frugum omnium tertiam partem exciperet, seruarētque. Cæteri verò octo  
 seminarent & meterent, frugēsque colligerent nono, & suis eas locis reconde-  
 rent. Concilia & omnes conuentus atque conuiuia in vrbibus voluit celebrari,  
 in quibus extruendis die noctūque operam dabant, quatenus in pace discerent,  
 quid contra hostes in necessitate facere debuissent. Vilia autem nulla extra vr-  
 bes fuerunt mania. Tali lege ac disciplina cum ciues assuefaceret, repentē irruit su-  
 per Sclauos, qui dicuntur Hauelli, & multis eos prælijs fatigans, demum hyeme  
 asperissima castris super glaciem positus, cepit urbem, quæ dicitur Brennaburg, fa-  
 tra Dalmaniam, aduersus quam iam olim reliquit ei pater militiam, & obsidens  
 urbem, quæ dicitur † Rietni, vicesima tandem die cepit eam. Præda vrbis militi-  
 bus tradita, puberes omnes interfecti, pueri ac puellæ captiuitate seruatae. Post  
 hæc Pragam adiit cum omni exercitu, Boëmiorum urbem regemque eius in de-  
 ditionem accepit, de quo quædam mirabilia prædicantur, quæ quia non proba-  
 mus, silentio tegi iudicamus. Frater tamen erat Bolizlai, qui quamdiu vixit, im-  
 peratori fidelis & utilis mansit. Igitur rex Bohemios tributarios faciens reuersus  
 est in Saxoniam. Cumque vicinæ gentes à rege Henrico factæ essent tributariæ,  
 Abotriti, Vulci, Hauelli, † Dalamanci, Bohemi, Redarij, & pax esset, Redarij de-  
 fecerunt à fide, & congregata multitudine, impetum fecerunt in urbem, quæ di-  
 citur Wallisleue, ceperuntque eam, captis & interfectis omnibus habitatoribus  
 eius, innumerabili videlicet multitudine. Quo facto, omnes barbaræ nationes  
 crectæ, iterum rebellare ausæ sunt, Ad quarum ferocitatem reprimendam, tradi-  
 tur exercitus cum præsidio militari Bernhardo, cui ipsa Redariorum provincia  
 erat sublegata, additæque legato collega Dietmarus, & iubentur urbem obside-  
 re, quæ dicitur Lunkini. Quinto obsidionis die venere custodes, exercitum bar-  
 barorum non longè esse annunciantes, & quia nocte contigua impetum in castra  
 dabat decreuissent. Cumque plures eadem confirmarent, populus fidem paribus  
 lega dictante, præcepit, vt per totam noctem parati essent, ne qua fortè irruptio  
 barbarorum in castra fieret. Cum autem dimissa esset multitudo, in castris varia  
 vere mœstitia pariter atque lætitia, alijs bellum formidantibus, alijs autem deside-  
 rantibus, & pro qualitate morum inter spem metumque versabantur bellatores. In-

Indigna mar-  
tyre inuocatio

Superstitio.

Henricus Caf.  
inducis opti-  
me vsus.

Eius bella

Hauelli  
Brandebur-  
gum.  
† al. omni  
regione  
Palamantia  
† al. Grona  
Praga eiusq;  
Rex.Boleslaus Bo-  
iemus† al. Dalma-  
tæ  
Redarij  
WallisleueBernhardus  
& Dietmarus  
Duces belli Re-  
darici.



terea dies trāsit, & nox solito tenebrosior cū ingēti pluuia adest nutu diuino, quatenus cōsiliū pessimū impediretur barbarorū. Vt ergo iussū est tota nocte illa armati erāt Saxones, & primo diluculo dato signo, sacramētoq; accepto, primū ducib; deinde vnusquisq; alteri, operā suā sub iuramēto pmittebat ad p̄fens bellū. Orto autē sole, (nā post pluuia clara redit serenitas) erectis signis p̄cedebāt, in primo q; dē frōte legat⁹ in barbaros impetū faciēs, sed cū pauci nō p̄ualerēt aduersus innumera- merabiles, reuersus est ad exercitū, referēs q̄a barbari nō plures haberēt equites, peditū verò innumerabilē multitudinē, & nocturna pluuia in tātū impeditā, vt vix ab equitibus coacti ad pugnā procederēt. Igitur sole cadēte in humida vestimēta barbarorū, fumum ascendere fecit vsq; in cœlū, sp̄e fiduciamq; p̄stans Dei populo, cuius faciei claritas atq; serenitas circūfulsit illos. Igitur dato signo, & exhortante legiones legato, cum clamore valido irruunt in hostes. Cumq; nimia densitate iter pertranseundi hostes non pateret, dextra læuaq; ferro erumpentes quoscunq; à socijs fecernebāt, neci dabant. Cumq; iam bellū grauaretur, & multi hinc atq; inde caderent, & adhuc barbari ordines tenerent, legatus collegā, vt legionibus auxilio esset, expostulat. Ille verò p̄fectū cum quinquaginta armatis lateri hostili immisit, & ordines cōturbauit: ex hoc cædi fugāq; tota die hostes patebāt. Cū ergo per omnes agros cēderentur, ad urbē vicinā fugere tentabant. Collega autē hoc eis p̄cauēte, proximū mare ingressi sunt, & ita factum est, vt omnis illa multitudo nimia, aut gladio cōsumeretur, aut in mari mergeretur. Nec peditū vnusquisq; super fuit, equitū rarissimus, deponiturq; bellū cum casu omniū aduersariorū. Ingens interea oritur lætitia ex recēti victoria, dū omnes laudāt duces, vnusquisq; verò militum p̄dicat alium, ignauum quoq; vt in tali fortuna solet fieri. Postera autē luce mouēt signa vrbi p̄fata: vrbanī verò arma deponūt, salutem tantummodo poscunt, ac merentur. Inermes igitur vrbe egredi iussi, seruilis autē cōditio & omnis pecunia cum vxoribus & filijs, & omni supellectile barbarorū regis captiuitatē subibant. Ceciderunt etiā ex nostris in illo p̄elio duo Lotharij, & alij nobiles viri nōnulli. Igitur legatus cum collega & alijs principibus Saxonīa victores reuersi, honorificē à rege sunt suscepti, satisq; laudati, qui paruis copijs, diuina fuentē clementia, magnificam perpetrauerint victoriā. Nam fuere quæ dicerent, barbarorū cc. millia cæsa. Captiui omnes postera die, vt promissum habebant obtruncati. Itaq; recentis victoriæ lætitiā augebāt nuptiæ regales, quæ eo tēpore magnifica largitate celebrātur. Nā rex dedit filio suo Ottoni cōiugem filiā Ethmūdi, regis Anglorū, sororem Adelstani, quæ genuit ei filiū nomine Ludolfum, virum magnū, meritoq; omnibus populis charū, filiā quoq; nomine Luidgardā, quæ nupserat Cōrado Francorū duci. Rex autē cū iam militē haberet equestri p̄elio probatū, cōtra antiquos hostes, videlicet Vngaros p̄sumit inire certamē, & cōuocato omni populo, tali oratione est eos affatus: Olim ex omni parte cōsulim; a quātis periculis imperiū vestrū modò sit liberū, vos ipsi melius nostis, q̄ ciuilib; discordiis, & externis bellis, totiēs attriti laborabatis. At nūc propitia nobis summa diuinitate nostro labore, vestra virtute, pacatū collectūq; cernitis, barbaros superuictos & seruituti subiectos. Quod superest, necesse habemus, vt cōtra cōmunes hostes Auares pariter cōsurgamus. Vos huc vsq; filios, filiasq; vestras expoliaui, & erariū eorū repleui, nūc tēpla tēplorūq; ministros vt expoliē, cogor, absq; nudis corporib; nulla nobis alia remanēte pecunia. Cōsulite igitur vobis ipsis, & qd super hac re nobis sit faciēdū, eligite. Thesaurū diuinis officijs sanctificatū tollāne, & dabo p̄ nostra redēptione, Dei inimicis? An certē addā cultui diuino pecunia honorē, vt ab ipso poti⁹ redimamur, q̄ verē noster extat creator pariter & redēptor? Ad hęc popul⁹ leuaui voces in cœlū, in quib; se à Deo viuo & vero redimi omnino dis desiderare, q̄a fidelis & iust⁹ sit in omnib; vijs suis, & sanct⁹ in omnib; operib; suis. Operā suā deinde p̄mittens regi cōtra gētē acerrimā, dextris in cœlū eleuatis pactū firmavit. Tali itaq; pacto cū populo peracto dimisit rex multitudinē. Post hęc legati Vngarorum adierūt regē pro solitis munerib; sed ab eo sprete, in terrā suā vacui sunt reuersi. Hęc audiētes Auares, nihil morati sunt, cum graui hostilib; manu festinant intrare Saxoniam, & iter agentes per Dalamantiam, ab antiquis opem petunt amicis. Illi verò scientes eos festinare ad Saxoniam, Saxonesq; ad

Redariorum  
strages.

Lotharii. De  
his vide Dit-  
marum.

Nuptia Otho-  
nis Magni &  
Ioboles.

Henrici Cæs.  
consultatio de  
bello Vngari-  
co.

Legati Vnga-  
rorum sprete  
& inde bellū.



pugnandum cum eis paratos, pinguiſſimum eis pro munere proijciunt canem, & cum non eſſet iniuriam vindicandi locus, ad aliam pugnam feſtinantibus, cum ridiculoſa ſatis vociferatione longiùs proſequuntur amicos. Igitur quã potuerunt repente impetu intrant fines Turingorum, illam totam terram hoſtiliter peruagantes. Ibiq; diuiſis ſociis, alij ad occidentem pergebant, ab occidente & meridie Saxoniam quærentes intrare. Sed Saxones pariter cum Turingis congregati, inito cum eis certamine, caſis ducibus, cæteros illius exercitus occidentalis per totã illam regionem errare fecerunt. Quorum alij fame conſumpti alij frigore diſſoluti, alij autẽ caſi vel capti, vt digni erant, miſerabiliter perierunt. Qui autẽ in oriente remanſit exercitus, audiuit de ſore regis, quæ nupſerat Widoni Turingo: erat namq; illa ex concubina nata quia vicinam urbem inhabitaret, & multa pecunia ei eſſet auri & argenti, vnde tanta vi urbem oppugnare cœperãt, vt niſi nox viſum pugnatibus impediret, urbẽ caperent. Ea verò nocte audientes de caſu ſociorũ regisq; ſuper eos aduentu cum valido exercitu, (nam caſtrametatus eſt rex iuxta locũ qui dicitur Riede) timore percuſi, relictiſ caſtris, more ſuo igne fumoq; ingenti agmina diuina clemẽtiã committerent, diuinum ſibi auxilium, quemadmodum in ſua diuina clemẽtiã committerent, diuinum ſibi auxilium, quemadmodum in alijs prælijs, a deſſe non dubitarent: Communes omnium hoſtes eſſe Vngaros, ad vindictam patriã parentumq; ſolummodo cogitarent, hoſtes citò terga vertere vitoremq; in primis, medijs & vltimis verſantem videntes, coramq; eo angelũ (hoc enim vocabulo effigieq; ſignum maximum erat inſignitum) acceperunt fiduciam magnamq; conſtantiam. Rex verò veritus eſt, quemadmodum euenit, vt hoſtes viſo milite armato fugẽ ſtatim indulſſent. Miſit ergo legionem Turingorũ cum raro milite armato, vt inermes perſequerentur, & vñq; ad exercitum protraherentur. Actumq; eſt ita, ſed nihilominus videntes exercitũ armatum fugerunt, vt per octo milliaria vix pauci cæderentur vel caperẽtur, caſtra verò inuafa & omnis captiuitas libera eſt. Rex verò victor reuerſus modis omnibus gratiarum actiones diuino honori, vt dignum erat, ſoluebat pro victoria de hoſtibus ſibi diuinitus cõceſſa. Tributum, quod hoſtibus dare conſuevit, diuino cultui mãcipauit, & largitionibus pauperum deſeruire conſtituit. Deinde pater patriã, rerũ dominus imperatorq; ab exercitu appellatus, famã potentiã virtutisq; cunctis gentibus & Regibus longẽ lateq; diffudit. Vnde & aliorum regnorũ proceres eum adierunt, grabẽtes dilexerunt. Inter quos Heribertus, gener Hugonis, cum ei aduerſaretur Ruſolphus, contra ius faſq; omne Rex conſtitutus, vt ei apud dominũ ſuum pro præſidio eſſet, ſupplicauit. Ipſe enim rex talis erat, qui nihil negaret amicis. Perrexit nam. Cumq; eſſet in exaltando gentem ſuam, rarus fuit aut nullus nominatorum vitorum in omni Saxonia, quem præclaro munere aut officio vel aliqua quæſtura nã promoueret. Et cum ingenti polleret prudentia ſapientiãq; acceſſit & mota corporis regiã dignitati omnem addens decorem. In exercitijs quoq; ludi tantacerrimus ſuperabat omnes, vt terrorem cæteris oſtendat. In venatione tamẽ ſatis iocundus eſſet, tamen nihil regalis diſciplinã minuebat. Tantum enim fauorem pariter & timorẽ militibus infundebat, vt etiam ludenti non crederent ad aliam quam laſciuiam ſe diſſoluendos. Cum autem omnes in circuitu nationes ſubieciffet, Danos, qui nauali latrocinio Freſones incurſabant, cum exercitu adiit vicitq; & tributarios faciẽs, regem eorũ, nomine † Chnubam, baptiſmum percipere ſci ſtatuit, ſed infirmitate correptus, iter intermiſit. Cumq; ſe iam grauari morbo ſenſiſſet, conuocato omni populo, deſignauit filium ſuum Ottonem regem, ceteris quoq; filijs prædia cum theſauris diſtribuens, ipſum verò Ottonem, qui maximus & optimus fuit, fratribus & omni Francorum imperio præfecit. Teſtamento itaque legitime facto, & reb. omnibus ritẽ compoſitis, deſunctus eſt ipſe rerum do

Munus ignominioſum.

Vngarorum clades.

Wido Turingus.

Riede.

Angelus labarum Ceſ.

Pictas.

Gloria virtutis comes

Heribertus.

Ruſolphus Rex.

Caſaris in amicis benigniſſus.

Auctoritas.

Dani vici.

† al. Nubam

Otto M. à patre ſucceſſor nominatus.



minus, & regum maximus Europe, omni virtute animi corporisq; nulli secūsus, relinquens filiū sibi ipsū maiorē, filioq; magnū latumq; imperiū, non à patribus sibi relictum, sed per semetipsum acquisitū, & à solo Deo concessum. Erant autē dies quibus regnavit XVI. anni, vitæ autem LX. Translatū est corpus à filijs suis in civitatem quæ dicitur, Quidilingeburg, & sepultum in Basilica sancti Petri ante altare cum planctu & lachrymis plurimarum gentium. *Explicit liber primus.*

Quidilingeburga.

al. Epistola ad Regiam.

PROLOGVS IN LIBRVM

SECVDVM.

*Ingens opus capturus, vel certè iteraturus: nam magna ex parte peractum est: tua gratia fulciatur, quæ domina esse dinosceris iure totius Europa, quanquam in Africam, Asiãq; patris tui iam potestas protendatur. Spero enim, quicquid in eo inuenitur minus idoneū, gloriosa tuæ clementiæ lenitate subleuetur, permaneat q; ea deuotione dedicatum, quæ est incipit.*

*Explicit prologus.*

INCIPIT LIBER

SECVDVS.

† al. Optr. Max. Henr.



Aquisgranū. Iulum.

† al. historio

Othonis M. in auguratio.

Insignia regia.

Hildebertus Archiepisc.

Mogū. Fulda monasterium.

Ceremonia in augurationis.

EFFVCTO itaq; patre patriæ, & regū † maximo, optimo Henrico, omnis populis Francorū atq; Saxonū iā olim designatū regem à patre, filiū eius Ottonē, elegit sibi in principē. Vniuersalis electionis notātes locū iusserunt esse ad Aquas grani palatij. Est autē locus ille proximus Iulo, à cōditore Iulio Cæsare cognominato. Cumq; illò ventū esset, duces ac præfectorū principes cum cætera principū militūq; manu cōgregati in † Xisto, basilicæ magni Caroli cohærenti, collocarūt nouū ducē in folio, ibidē constructo, manus ei dantes ac fidē pollicentes, operāq; suā contra omnes inimicos spondentes, more suo fecerunt eū regē. Dum ea gerūt à ducibus ac cætero magistratu, Pontifex maximus cū vniuerso sacerdotali ordine, & omni plebe, infra in basilica præstolabatur processionē noui regis. Quo procedēte, pōtifex obuius leua sua dexterā tangit regis, suāq; dextra litū gestās, linea indutus stola plantaq; infularus, progressusq; in mediū vsq; fani, substitit, & reuersus ad populū, qui circūstabat (nam erāt deambulatoria infra supraq; in illa basilica in rotundū facta, quò ab omni populo cerni posset) En, inquit, adduco vobis à Deo electū, & à domino rerū Hērico olim designatū, nunc verò à cūctis principibus regē factū Ottonē: si vobis ista electio placeat, dextris in cœlum leuatis significate. Adhæc omnis populus dexteras in cœlū leuans, cū clamore valido imprecati sunt prospera nouo duci. Proinde procedit Pōtifex cū rege, tunica stricta more Francorum induto, pone altare, superq; insignia regalia posita erāt, gladius cū baltheo, chlamys cū armillis, baculus cū sceptro ac diademate. Eo quippe tēpore erat summus Pōtifex nomine Hildebertus, Frāco genere, Monachus professione, nutritus vel doctus in Wlido monasterio, & ad id honoris meritò progrediēs, vt pater eiusdē loci cōstitueretur, deinde summi pōtificatus Mogūtiacæ sedis fastigiū promeruisset. Hic erat vir mirē sanctitatis, & præter naturalē animi sapientiā, literarū studijs satis clarus. Qui inter cetera gratiarū dona, spiritū Prophetiæ accepisse prædicatur, & cū quæstio esset Pontificū in cōsecrādo rege, Treuerēsis videlicet & Colonia Agrippinæ, illius quia antiquior sedes esset, & tanquā à beato Apostolo Petro fundata, istius verò, quia eius ad dicecesin pertineret locus, & ob id sibi cōuenire arbitrati sunt huius cōsecrationis honorem, cessit tamen vterq; eorum Hildeberti cunctis notē almitati. Ipse autem accedens ad altare, & sumpto inde gladio cum baltheo cōuersus ad regē: Accipe, inquit, hūc gladiū, quo eiicias omnes Christi aduersarios barbaros, & malos Christianos, auctoritate diuina tibi tradita omni potestate totius imperij Frācorum ad firmissimā pacē omniū Christianorū. Deinde sūptis armillis ac chlamyde, induit eum: His cornibus, inquit, humitenus demissis monearis, quò Zelo fidei ferueas, & in pace tuenda perdurare vsq; in finē debeas. Exinde sumpto sceptro baculoq; Dei His signis, inquit, monitus paterna castigatione subiectos corripias, primumque



Dei ministris, viduis ac pupillis manū misericordiæ porrigas, nunquāq; de capitulo tuo oleū miserationis deficiat, vt in præfenti & in futuro sempiterno præmio coroneris. † Perfususq; ilico oleo sancto, & coronatus diademate aureo ab ipsis pontificibus, Hildeberto & Wigfrido, ac omni legitima cōsecratione cōpleta ab eisdem pontificibus ducitur ad foliū, ad quod per cochleas ascēdebat, & erat inter duas marmoreas miræ pulchritudinis columnas constructū, vnde ipse omnes videret, & ab omnibus ipse videri, posset. Diuina deinde laude dicta, sacrificioq; solemniter celebrato, descendebat Rex ad palatiū, & accedēs ad mēsam marmoreā, regio ornata apparatu, resedit cum pontificibus & omni populo, duces verò ministrabant. Lothariorum dux † Hsilbertus, ad cuius potestatem locus ille pertinebat, & à rege secundus, gener quondā regis, tunc verò affinitate coniunctus, eo tempore procurabat Saxoniam, ne qua hostiū interim irruptio accidisset, nutriensq; iuniorum Henricū secū tenuit. Rex autem posthæc vnumquemq; principem iuxta munificentiam regalem, congruenti sibi munere honorans, cum omni hilaritate dimisit multitudinem. Interea barbari ad nouas res moliendas desæuiūt, percussitq; Bolizlau fratrem suum virum Christianum, & vt ferūt, dei cultura religiosissimū, timensq; sibi vicinum subregulū, eo quod paruisset imperijs Saxonū, indixit ei bellum. Qui misit in Saxoniam ad exostulanda sibi auxilia. Mittitur autē ei Esic cum legione † Mesaburiorum & valida manu Hassiganorū, additurq; ei exercitus Turingorum. Erat namq; illa legio collecta ex latronibus. Rex quippe Hericus cum esset satis seuerus extraneis in omnibus causis, erat clemens ciuibus, vnde quemcunq; videbat furum aut latronū, manu fortem, & bellis aptum, à debita pæna ei parcebat, collocans in suburbano Mesaburiorū, & datis agris atq; armis, iussit ciuibus quidem parcere, in barbaros autem in quantum auderent, latrocinia exercerent. Huiuscemodi ergo hominum collecta multitudo, plenā in expeditionē produxit legionem. Bolizlau autē audiens de exercitu Saxonico, & quia Saxone scorsum, scorsum Turingi irent cōtra se, diuisis & ipse socijs, sicuti erat acerrimus consilio, vtriq; exercitui occurrere disposuit. At Turingi vt hostes improuisē sibi occurrere viderūt, fuga periculum deuitauerunt. Esic autem cum Saxonibus & cæteris auxiliarijs nihil cunctat<sup>o</sup> in hostes ruit, maximāq; partē ex eis fudit armis, cæteros fugere cōpulit, victorq; ad castra reuersus est, & cum ignorasset de exercitu, qui insequutus fuerat Turingos, minus cautē vsus est victoria perpetrata. Bolizlau autem videns exercitū nostrum dispersum, & alios in extrahendis spolijs castrum, alios in suis corporibus reficiendis, alios in paleis è quorum congregandis occupatos, fugatū reuersumq; coadunans exercitū, super improuisos, ac recentem victoria securos, subito irruit, & ducem cum omni nostro exercitu deleuit. Per huiuscemodi fecit, perduravitq; illud bellū vsq; ad quartū decimū regis imperij annum: Ex eo regi fidelis seruus & vtilis permansit. Rex autē audito huiuscemodi nuncio minime turbatur, sed diuina virtute roboratus cum omni exercitu intrat terminos barbarorū ad refrenandā illorū sæuitiā. Datum quippe erat illis & antea à patre suo bellū, eò quòd violassent legatos Thanemari, filij sui, de quo in sequētibus plenius dicturos nos arbitramur. Placuit igitur nouo regi nouum principem militiæ cōstituere. Elegitq; ad hoc officiū virū nobilem & industriū, satisq; prudentē, nomine Hermannū. Quo honore nō solum cæterorū Principum, sed & fratris sui Wichmanni offendit inuidiam. Quapropter & simulata infirmitate amouit se ab exercitu. Erat namq; Wichmannus vir potēs & fortis, magnanimus, bellignarus, & tantæ scientiæ, vt à subiectis supra hominē plura nosse prædicaretur. Hermannus autem cum esset in prima acie, in introitu regionis in hostiū pugnam incidit, eosq; fortiter vicit, & ob hoc maiori inuidia inimicos accendit. Inter quas Ekhardus filius Ludolphi, qui in tantum ægrè passus est fortunā Hermāni, vt sese promitteret maiora facturū, aut viuere nolle. Vnde collectis ex omni exercitu fortissimis viris, interdictū regis rupit, & paludē, quæ erat inter vrbē hostiū & castra regis cum socijs trāsijt, statimq; hostes offendit, & ab his circumfusus cum omnibus suis periit.

† al. Perfusus itaque

Epulum regiū

† al. Giselbertus.

Aquisgranō ditionis Giselberti.

Sigfridus procurator Saxonie

Boleslaus Boie mus parricida fratris.

Esico

† al. Mesaburiorum

Hassigani

Clades ex incuria.

Dangmari legati violati.

Hermannus Billing. Dux Saxon.

Wigmannus

Ekhardus, amulus Hermanni.



*Frangarorū in-  
ruptio & cla-  
des.*

*Eberhardus,  
Dux Franc.*

† *al. Elueri*

*Pœna seditio-  
forum princi-  
pum.  
Magdeburga,  
urbis regia.*

† *al. medio-  
cris in re-  
bus*

† *al. Baioa-  
riorum.*

*Arnulphus,*

*Dux Bavarie*

† *al. ditionē*

*Dangmarus*

*Hērici Au. F.*

*Gero*

† *al. Baioa-  
riam.*

*Eberhardus*

*Francus noua*

*rum turbare*

*auctor.*

*Rex legis in-  
terpris.*

*Dangmari cū*

*Eberhardo F.*

*conspiratio &*

*bellum.*

*Gebehardi Bil-  
lingani cades.*

*Heresburg.*

*Dedo.*

*Wigmannus*

*Billing. Osho*

*ni conciliatus.*

Erant autē qui cum eo occiderant electorum ex omni exercitu virorū decem & octo. Rex autem cæsa hostiū multitudine, & cæteris tributarijs factis, reuersus est in Saxoniam. Acta sunt autem hæc VII. Cal. Octobr. Post hæc antiqui hostes Vngari venerunt, virtutem probare noui regis. Intranses autem Franciam, statuerūt, si possent, ab occidentali plaga inuadere Saxoniam. Rex autem audiens, nihil moratus, cum exercitu valido occurrit illis, fugauitq; & à terminis suis abegit. Castellibus autem bellis externis, ciuilia oriri ceperunt. Nam Saxones imperio regis facti gloriosi, dedignabantur alijs seruire nationibus, quæ sturāsq; quas habuerunt, vilius alius nisi solius regis gratia, habere contempserunt. Vnde iratus Eberhardus contra Brunignū, collecta manu, succendio tradidit ciuitatē illius vocabulo Elmeri, interfectis omnibus eiusdē ciuitatis habitatoribus. Quæ præsumptione rex audita cōdemnauit Eberhardū centū talentis æstimatione equorū, omnesq; Principes militū, qui eū ad hoc facinus iuuabāt, dedecore canum, quos portabat vsq; ad urbē regiā, quam vocitamus Magideburg. Eodē tēpore transfudit rex reliquias Innocentij martyris in urbē eandē. Ipse autē rex, vt erat clemētissimus, dum turbatores pacis merita castigatione afflixit, ilico cum pietate suscepit, & vnum quēq; eorū regio munere honorās dimisit in pace. At illi nihilominus duci suo herēbāt ad omne nefas, quia ille quidē erat iocūdus animo, affabilis & mediocribus largus in dādo, & his rebus multos Saxonū sibi associauit. Ea tēpestate defunctus est Arnulphus, & Bauatorum dux, & filij eius in superbiam elati, regis visu cōtempserūt ire in comitatū. Illo quoq; tempore defunctus est Sifridus comes cuius legationē cū sibi vēdicasset Thangmarus, eo quod propinquus eius esset (nā mater eius filia erat materteræ Sifridi, de qua genuit Rex Hēricus Thangmarū, & regali dono celsisset Geroni Comiti, afflictus est Thangmarus tristitia magna. Rex autē trāsiiuit in & Bauariā, & rebus ibi ritē cōpositis, reuersus est in Saxoniam. Dissentio autē quæ facta est inter Eberhardū & Brunignū ad hoc peruenit, vt cedes publice fierent depopulationesq; agrorū agerētur, & ab incēdijs nusquā abstererēt. De legū quoq; varietate facta est cōtentio, fueruntq; qui dicerēt, quod filij filiorū nō deberent cōputari inter filios, hæreditatēq; legitimē cū filijs sortiri, si forte patres eorū obissent auis superstitibus. Vnde exijt edictū à rege, vt vniuersalis populi conuentio fieret apud villam, quæ dicitur Stela, factumq; est, vt causa inter arbitros iudicaretur, debere examinari. Rex autem meliori consilio vsus, voluit viros nobiles ac senes populi honestē tractari, sed magis rem inter gladiatores discerni iussit. Dicitur igitur pars, qui filios filiorum computabāt inter filios, & firmatum est, vt æqualiter cum patris hereditatem diuiderent pacto sempiterno. Ibi quoq; pacis turbatores facti sunt manifesti, qui hæcenus se negabant cōtra regiam potestatem aliquid fecisse, sed iniuriam tantummodo in socios vindicasse. Rex autem se cōtempsum ab eis animaduertēs (neq; enim ad placitū iuxta iussū venire dignati sunt) arma distulit, veniæ locū dedit, proxima sibi semper vsus clemētia. Sed hæc dilatio ad maiorē perniciem multos protraxit. Fiebāt præterea multa nefaria à seditiosis, homicidia, periuria, depopulationes, incendia, & quā prauumq; sanctū impiumq; illis diebus pariter procedebant. Iunctus est autē & Thangmarus Eberhardo, collectaq; valida manu, oppugnat præsidū, quod dicitur Badiliki, in quo erat Henricus iunior, dataq; præda urbis suis commilitonibus abiit secum abducens Eberhardus, Vdo cum quasi vile mancipium quoddam. Interfectus est autem ibi Gebehardus, Vdo nis filius, fratris Hermanni ducis, ob cuius necē Deo omnia ordināte, duces Francorū inter se sunt diuisi. Tantis igitur spoliis Thangmari milites dilati, iam ad omnia parabantur. Post hæc cepit urbem, quæ dicitur Heresburg, & collecta valida multitudine, sedit in ea, multa inde exercens latrocinia. Eberhardus autem secum tenuit Henricū. Eo quoq; tempore occisus est Dedi ante portas urbis, quæ dicitur Larun, in qua erant milites Ebehardi. Wichmannus autem, qui se primum secum uit à rege audiens tantum facinus seditiosorum, conuersus pacem fecit, cum rege, quia prudentissimus erat, & vtilis ac fidelis in finem permanfit. Thangmarus autem, filius Henrici regis, natus erat ex matre nobili, manu promptus, acer ingenio, bellandi peritus, sed inter arma honesta minus pudicitia vsus. Erat autem



tem mater eius multam habens possessionem. Qui licet à patre † alia plura sit di-  
 tatus, materna tamen se hæreditate priuatū agrè valde tulit, & ob hanc causam ar-  
 ma sumit ad perniciē sui suorūq; contra dominū suum regē. Rex aut licet inuitus,  
 videns rem ad tam ingens periculū procedere, ad edomandā Thangmari insolē-  
 tiā cū multo comitatu perrexit Heresburg. Ciues aut vrbis illius cognoscentes de  
 rege, quòd super se cū valida manu appropinquasset, apertis portis intro duxerunt  
 exercitū, qui obsederat vrbē. Thangmarus aut fugit in Ecclesiā à Leone Papa bea-  
 to Petro apostolo dedicatā. Exercitus autē persequutus est eum vsq; in templū, &  
 maxime satellites Henrici, dolentes, ac vindicare cōtendentes iniuriā domini sui.  
 Nec veriti ianuas ferro incidere, cum armis ingressi sunt sacrā ædem. Thangma-  
 rus autē stabat iuxta altare, depositis desuper armis cum torque aurea. Cumq; ex-  
 aduerso telis vrgeretur, Theobaldus quidā nothus Cobbonis cum conuicijs vul-  
 nus ei inflixit, illicoq; ab eo recepit, quo vita cū terribili insania in breui caruisset.  
 Quidam autem militū, Maincia vocabulo, per fenestram altari contiguam lancea  
 à tergo perfoſsum ibi secus aram extinxit Thangmarum. Ipse autem fraternæ fau-  
 tor discordiæ, in Biertanico postea bello vitam cum auro, ab altari nequiter raptò,  
 miserabiliter perdidit. Earum rerum Rex ignarus & absens cū audisset, super  
 temeritate militum indignatus est, sed feruente adhuc bello ciuili, non potuit eos  
 contristare. Miseratus autem fratris fortunam, suiq; ingenij ostendens clementi-  
 os, pro laude eius ac industria pauca locutus, Theodericum & tres amitæ illius fi-  
 cios, qui Thangmaro manus iunxerant, lege Francorum damnatos strangula fe-  
 cit deficere. Inde vertit militem auidum pugnæ, & præda vrbis ditatum in Laras.  
 Illi autem vrbis præfecto auctore acriter resistentes, lapides lapidibus, tela telis,  
 obijcere non cessabant, aggrauatiq; bello super consulto ducis inducias depo-  
 scunt. Quibus concessis, ducis eis præsidium non negatur, vnde vrbe egressi, po-  
 testati se regiæ tradiderunt. Ea pugna Tammo pincerna, multis alijs rebus bene-  
 gestis, olim famosus, factus est clarus. Eberhardus autem audiens de nece Than-  
 gmari, & de defectione suorum militum, fractus animo prosternitur, captiuo suo  
 veniam petit, ac nequiter promeretur. Henricus autē erat eo tempore nimis ado-  
 lescent, seruens animo, & nimia regnādi cupiditate illectus. Eo pacto criminē sol-  
 uit eum, quo coniuratione secum facta contra regē dominum suū & fratrem, sibi  
 regni diadema, si possibile foret, imponeret. Fœdus itaq; inuicē percussum: inde li-  
 beraliter Henricus ad regē reuersus, puriori fide ac charitate ab eo est susceptus,  
 quā ingressus. Suasione quoq; optimi imprimis viri, & omni religione probatissi-  
 mi, Frederici, successoris Hildeberthi Archiepiscopi, Eberhardus adiit regē, sup-  
 plex veniā deprecatur, se suaq; omnia ipsius arbitrio tradens. Ne igitur ingens scelus  
 inemendatū maneret, quasi in exiliū in Hildesheimensem vrbē à rege dirigitur.  
 Sed nō post multū temporis in gratiā clemēter recipitur, & honori pristino reddi-  
 tur. Dū ea interea loci gerūtur, antiqui hostes nostri Vngari subito irruunt in Saxo-  
 niā, & castris super littus Bode fluminis collocatis, inde in omnē regionē diffundū-  
 tur. Dux aut missus à castris cum parte exercitus, eo die ad vesperā signa mouit cir-  
 ca vrbe quæ dicitur Steidiereburg. Urbani autē videntes hostes & ex itinere, & ex  
 pluita, quæ ingēs erat, segniores, audacter erumpunt portis, & clamore primū ter-  
 rantes, demū repenti in aduersarios irruentes, plurimis ex eis caesis, & copiosa  
 equorū multitudine cū aliquibus signis capta, cæteros fugere cōpulerunt. Vrbes  
 quas obuias habuerunt illorū fugā animaduertentes, armis eos omnib. locis vrge-  
 bant, & maxima ex eis parte prostrata, ducē ipsum in quendā loci puteū cogentes  
 oppreserūt. Alter aut Vngatorū exercitus ad Aquilonē versus, & arte cuiusdā Scla-  
 ui in loco q dicitur Thrimining deduct<sup>9</sup>, difficultate locorū ac manu circūfus ar-  
 matorū, perijt, timorēq; nimium ceteris incussit. Dux aut illius exercit<sup>9</sup> cū paucis cla-  
 psus cōprehēditur, & ad regē deduct<sup>9</sup>, præcio magno redimitur. His auditis, castra  
 hostiū omnia turbata, fuga salutē quæsierūt, nec vltra per xxx. annos in Saxonia  
 apparuerūt. Post hæc Hēricus ardēs cupiditate regnādi celebre parat cōuiuuiū in lo-  
 co, qui dicitur Solaueldū. Cūq; esset magn<sup>9</sup> & potēs maiestate & potestate regali,  
 plurimis plurima donat, & factiōis huiuscemodi plurimos ob id sibi associat. Fue-

† al. alijs plu-  
 ribus  
 Causa belli  
 Dangmarici.

Dangmari  
 cades.

Socii, et in eos  
 animaduerso

Tammo pin-  
 cerna.

Eberhardi fr.  
 & Henrici oc-  
 culta conspi-  
 ratio.

Fredericus Ar-  
 chiep. Mogū.  
 Hildesheim.

Vngarorū ir-  
 ruptio & cla-  
 des.  
 Bodafl.

Henricus no-  
 u. bellifax.  
 Salsfeldia.



Lotharingi  
imbelles.

† al. tradito  
Henrici fuga  
in Lotharing.

Tremonia.  
Dortmunde.  
Hagina lega-  
tus ad Henri-  
cum.

† al. Gifel-  
bertum  
Gisbertus  
studet rebus  
novis.

† al. melius  
Eius & Hen-  
rici adversus  
Othonem ex-  
peditio.

Othonis ad  
Deum religio  
se preces.

† al. Sanctū

Stratagemata.

† al. Alber-  
tus

re tamen multi, qui rem celare potius arbitrati sunt, ad hoc tantum, ne rei fraternæ discordiæ inuenirentur. Dabant tamen consilium, quo facilius bellum solueretur, ut scilicet ipse relinqueret Saxoniam sub præsidio militari, & sese inferret Lotharijs, generi hominum imbelli, & ita factum est, ut primo impetu rex eos devinceret, & vno certamine fatigaret. Commilitonum itaque consulto Saxonia, ut diximus, relicta, & urbibus Saxoniam vel in Turingorum terra præsidio militari traditis, ipse cum amicis Lotharios adiit. Cuius rei fama undique omnes percussis, quia tam subitanæ recessione à rege ac repentini belli causam penitus ignorabant. Rex autem audita huiusmodi fama primùm non credit, postmodò certum de belli negotio probans, nihil moratus cum exercitu persequutus est fratrem, & ut appropriat urbi, præsidij fratris munitæ, quæ dicitur Thormanni, milites, qui erant in ea, non immemores fortunæ Thangmari, nequaquam sunt ausi inibi regem expectare, sed egressi urbe, tradiderunt se ipsos regi. Erat autem Hagina, qui illam urbem ad manum Henrici procurare deberet. Hic à rege vehementi iuramento constrictus, quatenus si posset dominum suum à bello ad pacem & concordiam reuocaret, vel certè ipse ad regem reuerteretur, ita dimissus adiit dominum suum. Ductus autem exercitus à rege peruenit vsq; ad littora Rheni fluminis. Eo tempore, quo erat bellum Eberhardi cum rege, missus Hadaldus, qui erat super cubiculum regis, ad † Isilbertum pro concordia & pace, cum nec dum ad neutram partem palam declinaret, indignè suscipitur, & responsio à die in diem differtur. Ipse autem simultates ducis sentiens, nec ultra talibus versutis contentus, imperium, inquit, regale tibi facio præsentem populo, tribunali regis cōdicto die præsentari, aut certè hostem te scias iudicari. Simili modo & Pontificem Bernhardum à rege missum, inhonoratum & responsi incertum, à se dimisit. Fertur etiam & regaliū literarum sæpius sigilla corrupisse. Post hæc verò verbale gatum † meliuscule cepit habere, & cum honore transduci fecit. Igitur copias bellici parentes Henricus & Isilbertus, decreuerunt ad Rhenū occurrere regi. Hagina quoq; memor iurifurandi, præcedens exercitum, transito Rheno regi sese præsentavit, & salutato eo verbis humilimis, ait: Frater tuus, dominus meus, saluum te & incolumem magno latoq; imperio diu regnare exoptat, totūq; ad seruitium commandat se quanto cius festinare. Rege autē interrogante de eo, pacē bellumne & gitasset, prospiciens vidit multitudinem nimiam erectis signis tractim procedere, & ad sui partē exercitus, qui iam Rhenum transierat, tendentē, & conuersus ad Haginā, quid nā vult, inquit, illa multitudo, aut quæ est? At ille, satis sciosè, dominus meus, inquit, est frater tuus, si meæ suasioni dignaretur animū inclinare, aliter venisset. Modò ut ipse iuravi, veni. Rex autē his auditis, dolorē animi motu corporis nō celabat, eò quòd nō adessent naues, per quas Rhenū transcendere posset, & in gēs flumen aliud iter nō præbebat, nec tēpus subitanei certaminis in vltiori ripa cōstitutos aliud sinebat cogitare, nisi aut corā hostib. cadere debere, aut certè armis vitā defendere. Vnde ad dominū supplices expandēs manus rex, Domine, inquit, omnium rerum auctor & rector, respice populū tuum, cui me præesse voluisti, ut eripus ab inimicis, sciant omnes gentes, vllum mortaliū tuę dispositioni cōtra ire nō posse, qui omnia potes, & viuis & regnas in æternū. Qui autē erant in vltiore ripa, sarcinas & impedimēta quæq; transmittunt in locū, qui dicitur † Xantum. Ipsi verò parati, hostes expectant. Cumq; esset piscina inter nostrates & hostes, Saxones diuisis socijs, pars vna ex aduerso ruit in hostes, altera pars à tergo insequitur in medijs hostes opprimens, pauci plures vehementer vrgebant. Neq; nostratū supra cētū armatos fuisse perhibetur, aduersariorū verò magnus satis exercitus. Sed cum à fronte pariter & à tergo vrgerentur, qua parte potissimū cauere debuissent, in promptu nō erat. Ex nostris etiā fuere qui Gallica lingua ex parte loqui sciebāt, qui clamore in altum Gallicè eleuato, exhortati sunt aduersarios ad fugam. Eo die ex nostris multi vulnerati, aliqui etiam cæsi, inter quas † Eilbertus, qui cognominābus est Candidus, telo ducis Henrici vulneratus, non multis interiacentibus diebus defunctus est. Hostes autem omnes aut cæsi, vel capti, vel certè fugati, Sarcine omnes



omnes & omnis hostium suppellex inter victores diuisa. Ex parte Lothariorum bene pugnasse predicabatur illo certamine Godefridus, Niger cognominatus. Sed & Maincia, cuius supra mentionem fecimus eo die cecidit. Dedi autem Turingus mandauit ad prefectos urbium, quæ erant in oriente partis ducis Henrici, de victoria regis, & quia ipse dux in bello cecidisset, egitq; callidè, vt omnes se traderent regis potestati. Henricus autem nequaquam hoc factum reliquit inultum. Ipsi autem duæ tantummodo ex omnibus remanserunt vrbes, Mersburg & Schidingi. Regi autem post victoriam visum est persequi fratrem suum, generumq;. Audiens verò de defectione urbium suarum Henricus, fractusq; recenti regis victoria, cum no- uem tantum armatis iter arripuit, Saxoniamq; iam tardiùs adiens, urbem Mers- burg ingressus est. Quo rex comperto, & ipse reuersus est Saxoniam, urbemq; in- qua frater erat, cum exercitu obsedit. Sed cum non posset fortiori ac maiori resiste- re, post duos ferme menses tradita vrbe ingressus est Henricus ad regem. Data sunt autem ei induciæ xxx. dierum, quatenus cum militibus sibi cohærentibus sece- deret à Saxonia: Si cui verò illorum regem adire placuisset, locum veniæ haberet, quicuiq; post hæc Saxonia ab intestinis bellis paucis diebus. Barbari autem labo- rem nostro elati, nusquã ab incendio, cæde ac depopulatione vacabant, Geronèq;, quem sibi rex præfecerat, cum dolo perimere cogitant. Ipse verò dolo dolum præ- occupans, conuiuio claro delibutos, ac vino sepultos, ad xxx. ferè principum bar- barorum vna nocte extinxit. Sed cum non sufficeret contra omnes nationes bar- barorum (eo quippe tempore & Abotriti rebellauerant, & cæso exercitu nostro, ducem ipsum, nomine Haicam extinxerunt) ab ipso rege sæpius ductus exercitus eos læsit, & in multis afflixit, & in vltimam penè calamitatem perduxit. Illi verò nihilominus bellum quàm pacem elegerunt, omnem miseriam charæ libertati postponentes. Est namq; huiuscemodi hominum genus durum, & laboris pati- ens, victu leuissimo assuetum & quod nostris graui oneri esse solet, Sclauum pro qua- dam voluptate ducunt. Transeunt sanè dies plurimi, his pro gloria & pro magno latoq; imperio, illis pro libertate ac vltima feruitute variè certantibus. Multos qui- pe illis diebus Saxones patiebantur hostes, Sclauos ab oriente, Francos à meri- die, Lotharios ab occidente, ab aquilone Danos, itemq; Sclauos proptereaq; bar- bari longum trahebant certamen. Fuit autem quidam Sclauus à rege Henrico re- uelli, dictus Tugumir. Hic pecunia multa captus, & maiori promissione persuasus professus est se proderè regionè. Vnde † quia occultè elapsus venit in urbem quæ di- citur † Brennaburg, à populo agnitus, & vt dominus susceptus, in breui quæ pro- erat, ad se inuitans, dolo captum interfecit, urbemq; cum omni regione ditioni re- gis tradidit. Quo facto omnes barbaræ nationes vsque in Oderam fluuium, simili modo tributis regalibus se subiugarunt. Henricus igitur discedens à Saxonia, Lo- tharios iterum adit, & cum genero suo, duce scilicet Isilberto, cum suis militibus aliquandiu moratus est. Iterum ducitur exercitus à rege contra Isilbertum, & omnis regio Lothariorum illius imperio subiaccens igni traditur, obsesusque in vrbe, quæ dicitur Kieuermont, elapsus inde proficiscitur, & cum obsidio diffi- cultate locorum parum procederet, vastata vndique regione, rex in Saxoniam reuertitur. Sciens autem Comitem Isilberti versutum & callidum nimis, no- mine Ymmonem, artibus illius melius arbitratus est pugnare quàm armis. Ille verò, vt erat astutissimus, meliori ac maiori se subdens, arma sumit contra du- cem, quod ipse dux omnium laborum grauissimè tulit: quòd cum sibi aduer- sum sustinere debuisset, cuius consilio ac fidei hætenus se maximè credebat. Augebat quoque indignationem ducis grex porcorum ab Ymmonem callidè captus. Nam subulci ipsius cum contra portas vrbis transirent, Ymmonem intra urbem recepit. Quam iniuriam dux ferre non valens, coacto exer- citu obsedit Ymmonem. Ille autem plurima apum examina habuisse fer- tur, quæ frangens proiecit contra equites. Apes autem aculeis equos

Godefridus  
Niger.  
Dedonis Tu-  
ringi astus.

Mersburg.

Henricus in-  
ducias petit et  
impetrat.

Gero insidians  
barbaros  
præoccupat.

Abotriti in  
armis.

Sclauum gens  
aspera.

Tugumir,  
Sclauus, pro-  
ditor.  
† al. quasi  
† al. Brande-  
burg

Odera fl.  
Henricus in Lo-  
tharingiam  
elapsus.

Ymmonem  
eiusq;  
artes.



† al. minitatus est

Eberhardus  
iungit socia  
ma cum Gifilberto.

Brisacum.

Moguntinus  
paci improbi  
dus internun-  
cius.

Ruthardus  
Episc.

Hermannus  
Dux.

Eberhardi  
caedes.

Giselbertus in  
Rhenosub-  
mersus.

Osio Giselber-  
to surrogatus.  
Henricus Gi-  
selberti F.

† al. regionē

† al. vera

Ansfridus  
Arnoldus  
fraude cap-  
tū.

stimulantes in insaniam vertebant, ita ut equites periclitari cepissent. Quo viso, Ymmo prospiciens de muro, eruptionem cum socijs † minitavit. Huiuscemodi igitur artibus sapius dux ab Ymmone delusus, soluit obsidionem. Discedens verò fertur dixisse, Ymmone mecum sentiente, omnes Lotharios facile captos tenui, modò ipsum solum cum omnibus Lotharijs capere nequeo. Tractum tam diu bellum Eberhardus considerans, vltra non quiescit, quin contempto rege, & iure spreto iuramentorum, ut in initio, conferta manu cum Isilberto ad incensura bellorum pariter conspiraret. Nec contenti regno occidentali solummodo, in Rheno orientalem agrum depopulandum cum exercitu demerguntur. Hec cum audiuntur in castris regis (nam ea tempestate rex erat pugnans contra Brisag, & alias vrbes, quæ erant Eberhardi ditionis) multi se à castris eruebant, nec vltra spes erat regnandi Saxones. Rex verò ea turbatione tanta constantia ac imperio vltus est, licet raro milite constiparetur, ac si nihil ei difficultatis obuiaffet. Nam summi Pontifices, relictis tentorijs, & alia qualibet supellectile, ipsi etiam defecerunt à fide. Defectionis causam edicere, & regalia mysteria pandere super nos est, verùm historiæ satisfaciendum arbitramur, quicquid in hac parte peccemus, veniabile sit. Summus Pontifex missus ad Eberhardum pro concordia & pace, cum esset earum rerum desyderatissimus, pacto mutuo suum interposuit iuramentum, & ideo ab eo non posse deficere fertur narrasse. Rex autem per Pontificem officio suo congruentia dirigens responsa, nil ad se pertinere voluit, quicquid Episcopus egisset sine suo imperio. Quare quia contra auctoritatem regi, quasi præcipienti noluit subijci, sed recessit ab eo, in Hammaburgensem urbem quasi in exilium destinavit, Rudhardum verò Episcopum novum Corbeiam direxit. In brevididit. Ad coercendam igitur ducum præsumptionem, missus Hermannus cum exercitu, inuenit eos super littus Rheni, magnamq; partem exercitus abesse, eò quòd iam Rhenum cum præda transissent. Circumfusus itaque dux ipse Eberhardus militum armis, multis vulneribus acceptis, ac viriliter redditis, perfossus tandem telis, corruit. Isilbertus autem fugiens, nauem cum pluribus mercibus, quæ onere prægrauata succumbens, mergitur. Ipseq; dux cum cæteris mercibus nunquam est inuentus. Rex autem audita victoria suorum militum, ac morte ducum, gratias egit omnipotenti Deo, cuius sapius auxilium expertus est opportunum. Præficiensq; regioni Lothariorum Ottonem, Ricwinis filium, & ut nuntireret nepotem suum, filium Isilberti, optimæ spei puerulum, nomine Henricum reuersus est in Saxoniam. Mater autem pueri copulata est coniugio Ludwico regi, & Henricus, frater regis, discedens à Lotharijs, secessit in † regnum Caroli. Necem ducum asperrima hyems, hyememq; sequuta est famēs validissima. Post hæc Ymmo † reuera nescio an falso, arma sumit contra regem, & media hyeme circumdatus exercitu, se pariter cum vrbe tradidit, & deinceps fidelis & vtilis permanit. Nepotes quoque Isilberti, seruituti regis se subijciebant, vrbibus quas tenebant nihilominus retentis. Kieuermont etiam ab Ansfrido & Arnolde ad huc tenebatur: Ad quas Ymmo mandatum huiuscemodi dirigens, ait: De me nò sentio, nisi quod vos sentitis, de vobis autem notum est, quod huius gentis principes estis. Nulli ergo dubium, quin duabus manibus quisq; magis valeat, quam vna. Certum est itaque tres vnum fortitudine præcedere, & nunc quæ necessitas cogit, ut seruiamus Saxonibus, nisi nostra discordia, quando vos armis circumdederunt, num victoria lætati sunt? victoribus certè turpe est seruire. Optimum omnium mortalium, qui me à puero nutriuit, & inter amicos semper habuit, & magna potestate clarificauit, nostrum communem dominum deseruit, & Saxonis me periculo capitis mei sociavi: modò, ut scitis, pro merito honore contumelia ab eo affectus, armis circumdatus, penè ex libero seruus factus. Ut ergo noueritis me ex fide communi vtilitati velle consulere, tibi Ansfride vnica filiam meam desponsabo, quo nullo apud vos infidelitatis scrupulo notari queam. Date igitur locum mutuo colloquio, & ex me ipso fidem probabit, quam per nuncium necdum potestis. Ipsi adhæc, quamuis ferrei pectoris essent, & illum iam



lum iam olim suspectum haberent, tantæ tamen calliditati cedentes, sua sibi-  
 bus emolliti verbis, mutuo dabant locum conspectui. At ille armatos habens  
 locis opportunis absconditos, dolo ambos cepit, & sub custodia regi destinavit,  
 mandato in hæc verba pariter directo: Elatior, inquit, est mollior vinculis, aut  
 verberibus non indiget, minis pandit, vniuersa quæ scit. Ansfrid verò durior est  
 ferro, hunc si tormenta acerrima rimentur, magnum est. Quos cum rex susce- *Clementia.*  
 pisset, aliquanto tempore custodiae mancipatione castigauit, postea suæ gratiæ  
 lenitate sibi associans, in pace dimisit. Cum ergo causæ causis, & res rebus ita co-  
 pulatæ sint, vt sententiarum ordine discerni adeò non debeant, nemo me tem-  
 porum vicissitudine accuset, dum posteriora anterioribus proposuerim gesta.  
 Rex igitur vicina semper sibi clementia, graues fratris miseratus labores, aliquan- *Henricus in Lo-*  
 tis vrbibus suis v'sibus concessis, permisit eum intra regionem Lothariorum ha- *tharing. sedē*  
 bitare. Eo tempore bellum barbarorum feruebat, & cum milites ad manum *capit.*  
 Geronis præsidis conscripti crebra expeditione attenuarentur, & donatiuis vel  
 tributarijs præmijs minus adiuuari possent, eò quòd tributa passim negarentur,  
 seditioso odio in Geronem exacuuntur. Rex verò ad communes vtilitates rei- *Gero.*  
 pub. Geroni semper iuxta erat, vnde factum est, vt nimis exacerbati, odia sua in *Militaris con-*  
 ipsum quoque regem vertissent. Quæ causa Henricum minimè latuit, & vt so- *tumacia.*  
 let amarum animis, dum dulce aliquid offertur, facilè persuadebat huiuscemodi *Henricus ve-*  
 homines sibi concordare, spem habens iterum regnandi, dum nosset exercitum *gnum iterum*  
 regi offensum. Denique multis intercurrentibus legatis, & munusculis inui- *afficit.*  
 cem missis, omnes penè orientalium partium milites sibi colligauit. Quæ res ad *Conspiratio*  
 tantum nefas processit, vt coniuratione valida facta, in paschali festiuitate, quæ *in Oth.*  
 erat proxima, cum ipse Henricus ad palatium isset, regem occidere cogitassent,  
 ipsi verò regni diadema imponerent. Earum rerum dum non esset publicus pro-  
 ditor, semper se protegente summa diuinitate, notæ factæ sunt regi insidiæ mo-  
 dicum ante Pascha. Qui fidelium militum vallatus manu die ac nocte, nihilq;  
 decoris vel maiestatis regiæ coram populo ea solennitate minuens, nimium ho-  
 stibus intulit timorem. Post diem verò solennem consilio maximè Francorum, *Conradus Ru-*  
 quo eo tempore sibi astabant, Hermanni scilicet, Vdonis atque Conradi, qui di- *fus, Dux*  
 ctus est Ruffus, secretò proditos iubet compræhendi, vel certè occidi. Inter quos *Franc.*  
 erat primus in cæteris omnium bonarum virtutum rebus, absque vlla noxa, for- *Ericus.*  
 tissimus optimusq; *Ernh.* Hic cum armatos ad se properasse intellexisset, con-  
 scius causarum equum ascendit, arma sumit, circumfusulq; hostium turmis, me-  
 mor pristinæ virtutis ac nobilitatis, elegit mori, quàm inimicorum damnationi  
 subiici. Nam lancea perfossus occubuit, vir omni virtute ac industria ciuibus  
 charus atque clarus. Cæteri autem insidiarum conscij in alteram hebdomadam  
 differuntur, & secundum leges sceleribus suis pœnas meritas soluentes, capite  
 caduntur. Henricus autem fugiens regno cessit. Eo anno & portenta quædam *Henrici fuga,*  
 apparuere, scilicet cometæ. Nam à xv. Calend. Nouemb. vsque in ipsas Cal. visæ *Prodigia.*  
 sunt. Quibus visis multi mortales territi, aut nimiam pestilentiam, vel certè regni  
 mutationem metuebant. Quandoquidè ante regis Henrici excessum, multa  
 prodigia monstrata sunt, ita vt solis splendor forinsecus aère absque nubilo penè  
 nullus appareret, intrinsecus autem per fenestras domorum rubeus tanquam san-  
 guis infunderetur. Mons quoq; vbi ipse rerum dominus sepultus est, fama prodi-  
 dit, quòd multis in locis flammæ euomeret. Hominis etiam cuiusdam manus fini- *Martio dormi-*  
 miraculi sanguinea linea loco coniunctionis notabatur. Sed Cometæ inundatio *enti sinistra*  
 nimia, inundationeq; bouū pestilentia subsequuta est. Defuncto autè Ottone, Lotha- *manus ve-*  
 ringi mors. *Conradus Fr.*  
 & vnicâ filiam suâ rex desponsauit: quia erat adolescens acer & fortis, domi mili- *eius successor.*  
 tariq; optimus, comilitonibus suis charus. Illis diebus Bertholdus, frater Arnul- *Bertholdus Ba-*  
 phi, procurabat Bauariam, pugnanq; contra Vngaros, victorq; existens, triumpho *uarus.*  
 celebri factus est clarus. Rex autè de die in diè proficiens, paterno regno nequa- *Burgundia ca-*  
 quam est contentus, sed abiit Burgundiam, regem cum regno in suam accepit po- *dit Othoni.*



Hugo.

testatem. Hugonem alterum armis edomuit, ac sibi subiectum fecit, cuius fibulam auream regi dono concessam, gemmarum varietate mirabilem, videmus in altari protomartyris Stephani rutilantem. Igitur cum omnia regna coram eo silent, & potestati ipsius omnes hostes cederent, monitu & intercessione sancte matris eius recordatus est multis laboribus fatigati fratris, præfecitq; eum regno Ba-

Henricus Ba-  
varia dona-  
tus.  
† al. perman-  
sit

uariorum, Bertholdo iam defuncto, pacem atq; concordiam cum eo faciens, quæ usq; in finem fideliter † perduravit. Erat autem ipse dominus Henricus copularis matrimonio filiæ ducis Arnulphi, sceminae egregiæ formæ, mirabilisq; prudentiæ. Fratrum verò pax atque concordia Deo acceptabilis, hominibusq; amabilis, toto orbe fit iam celebris, dum inanimes respublicas augent, hostes debellant, civibus

Eius res ge-  
ste.

paterna potestate præfunt. Ducatu igitur Bauariorum accepto, nequaquam desidiosa torpuit, sed abiens, Aquileiam cepit, Vngaros duabus vicibus armis superavit, Ticinum transfatauit, & præda magna intra regionem hostium capta, exercitum incolumem in patriam reduxit. Talium igitur & tantorum mores, habitum, formamq; quos summa clementia mundo ad delicias, omnemq; decorem desinavit, nostræ non est omnimodis virtutis exponere, verum deuotionem, quam er-

Otho M. prin-  
ceps Herolicus.

ga eos habemus, penitus cœlare nequimus. Ipse deniq; dominus rerum fratrum natu maximus & optimus, imprimis pietate erat clarus, opere omnium mortalium constantissimus, præter regni disciplinæ terrorem semper iocundus, dandi largus, dormiendi parcus & intra dormiendū semper aliquid loquens, quo eum semper vigilare æstimes, amicis nihil negans, & supra hominem fidelis. Nam quosdā audiui accusatos, & peccati manifestos, ipsum eorum aduocatum & intercessorem, & criminis nullo modò credulum, & ab eo post hæc iustos tanquam nihil unquam in eum peccassent. Ingenium ei admodum mirandum. Nam post mortem

Litteras ab E-  
ditha coniugis  
obitu addi-  
scit.

Edidis reginæ, cum antea nescierit litteras, in tantum didicit, vt plener legere & intelligere nouerit. Præterea Romana lingua Sclauonicaq; loqui sciebat, sed rarum est, quod eis vt dignaretur. In venationibus creber, tabularum ludos amat, equitatus gratiam regia grauitate interdum exercens. Accessit adhuc moles corporis omnem regiam ostendens dignitatem, capite cano, sparsus capillo, oculi rutilantes, & in modum fulguris cita percussione splendorem quandā emittentes: facies rubicunda & prolixior barba, & hæc contra morem antiquum. Pectus leoninis quibusdam sparsum vrbis, venter commodus, incessus quondam citus, modo grauior, habitus patrius, & qui nunquam sit peregrino vsus. Quotiescunq; autem sit opus corona portanda, ieiunium semper præcedere pro vero traditur. Henricus verò morum grauitate pollebat, & ob id ab ignotis minus clemens

Henrici mo-  
res.

iucundusq; prædicabatur, constanti admodum animo, fidelis & ipse amicis, ita vt mediocris substantiæ militem, coniugis suæ sororis matrimonio honoraret, sociū sibi amicūq; faceret. Erat corpore præstanti, & qui in adolescentia omnem hominem egregia forma ad se inclinaret. Iunior verò fratrum, dominus Bruno, magnus erat ingenio, magnus scientia, & omni virtute ac industria. Quem cum rex præfecisset genti indomitæ Lothariorum, regionem à latronibus ita purgavit, & in tantum disciplina legali instruxit, vt summa ratio summaq; pax illis in partibus locum tenerent. Igitur cum bella intestina externaq; cessarent, leges diuinae atq;

Bruno.

humanæ auctori vigore pollent. Grauisq; persecutio Monachis oritur in diebus illis, affirmantibus quibusdam pontificibus, melius arbitrati, paucos vita claros, quam plures negligentes inesse monasterijs oportere, obliui fallor sententiæ patris familiæ, prohibentis seruos Zizania colligere, sed vtraq; crescere oportere, & Zizania & triticum usq; ad messem. Quo factum est, vt plures propriæ infirmitatis conscij, deposito habitu, & relictis monasterijs, graue onus sacerdotum deuota-

In Monachos  
inquisitio co-  
gitata.

rent. Fuerunt autem quidam, qui summum Pontificem Fridericum hoc non pure sed fide fecisse arbitrati sunt, quatenus venerabilem virum, regi q; fidelissimū, Abbatem Hadumarum, quo quomodo possit, de honestaret: Ipse enim erat magnæ prudentiæ ac industriæ. Sub eius temporibus templum famosum Vuldense igne consumtum est, & ab eo restauratum, & multo maiori decore perfectum. Hic Pontificem sub custodia tenuit secunda coniuratione culpabilem, primum honorificè, sed

Hadumarus  
Abbas.

Incendium  
Fuldense.

sed



sed cum litteras ab eo scriptas depræhendisset, satis seuerè. Pontifex verò dimissus, dum vltionem quærit, & contra tantum virum leges non prævalent, humilima monasteria auctoritate tentauit, vt ad excellentissima æqualiter procederet. Sed huiuscemodi simulationes in cassum profusæ. Nam Abbas in gratia & amicitia regis permansit, & causis intercurrentibus, pontifex, quod cogitauit, non impleuit. Soror † igitur regis Ludouico regi genuit tres filios, Carolum, Lotharium & Carlomanum. Ipse autem Ludouicus rex à ducibus suis circumuentus, & à Nortmannis captus consilio Hugonis, Lugdunum missus, custodiæ publicæ traditur. Filium autem eius natum maiorem Carolum Northmanni secum duxerunt Kothou, vbi & mortuus est. Audiens autem rex, super fortuna amici satis doluit, imperauitque expeditionem in Galliam contra Hugonem in annum secundum. Eo tempore cum moraretur rex in campis syluestribus, venationem agens, obsides Bolizlai vidimus, quos populo præsentari iussit, satis super eos lætatus. Ille annus notabilis casu calamitoso totius populi, de morte scilicet beatæ memoriæ Edidis reginæ, cuius dies extrema v. Cal. Febr. celebrata est cum gemitu & lacrymis omnium Saxonum. Hæc nata ex gente Anglorum, non minus sancta religione, quam regali potentia pollentium stirpe claruit. Decem annorū regni consortia tenuit, x. obiit, Saxoniam verò xv. annis inhabitauit. Reliquit filium nomine Ludolphum omni virtute animi & corporis, ea ætate nulli mortali secundum, filiam quoque nomine Ludgardam, quæ nupsit Conrado duci. Sepulta est autem in ciuitate Magdeburg in basilica noua, latere Aquilonari ad orientem:

*Explicit Liber secundus.*

## PROLOGVS IN LIBRVM TERTIVM.

*Quemadmodum cali terræq; facies, hominum voces, vultus ac mores mille modis concordia discordia variantur, sed ad vnius luminis sensusq; ducatum dei, cuncta regentis proferunt splendorem, gemmamq; lucidissimam mundo effudit, vnum iustitiæ moderamen est quod ingenij sermonisq; claritate eget, siu gloriosa clementia tua suscipiatur, nec in ea non transpiciat, sed maior consideretur deuotio, humiliter deosco.*

*Explicit prologus.*

## INCIPIT LIBER TERTIVS.

**OST** discessum Edidis reginæ omnem amorem maternum transfudit rex in vnicum filium suum Ludolphum, factoque testamento, creauit eum regem post se. Ipse autem tener adhuc erat adolescens, ætatis non habens amplius quam xv. annos. Rex verò in Galliam moliens expeditionem, coacto apud Cameracum urbem exercitu, festinat intrare regnum Caroli, vincticadæ causa iniuriæ generi sui Ludouici. Quo audito Hugo, missa legatione, iurat per patris sui animam, qui iam olim periit, Deo regi que proprio repugnando, quod tanta sibi esset copia armorum, quam hactenus rex nunquam vidisset. Addiditque contemptum vanè tumideque super Saxones loquendo, quod imbelles essent, & quod facile posset vna portione telorum Saxoniorum septem absterbere. Ad quod rex famosum satis reddit responsum, sibi verò fore tantam multitudinem pileorum foeminarum, quos ei presentari oporteret, quantam nec ipse nec pater suus vnquam viderit: & reuera cum esset magnus valde exercitus, xxx. scilicet duarum legionum, non est inuentus qui foemino non vteretur pileo. Dimis-

† al. autem Ludouicus rex Gall. eiusq; liberi & fortuna Hugo.

Boleslai obsides.

Editta Regine mors.

Liberi & sepultura.

Epistola Wictichindi ad reginam Mathildam, Othonis Imp. F.

Ludolphus patris testamentum Rex designatus. Cameracum. Gallia regnum Caroli. Hugonis iactantia.

† al. esse Copie Othonis bello Gallico.



Ludouicus  
Rex.

fus igitur Ludouicus regi occurrit, iungiturq; cum socijs exercitui illius. Rex autem cum exercitu Lugdunum adiit eamq; armis tentauit, inde Parisium perrexit, Hugonemq; ibi obsedit, memoriam quoque Dionysij martyris digne honorans, veneratus est. Ductus inde exercitus contra urbem Lemensem, vbi erat nepos Hugonis contra ius fasque omne subrogatus Episcopus, legitimo Pontifice adhuc superstite. Armis autem urbem capiens, iniuste constitutum expulit sacerdotem, legitimum Ecclesie sedi propriae restituens. Exinde collecta ex omni exercitu electorum militum manu, Rothun Danorum urbem adiit, sed difficultate loci columi exercitu, infecto negotio post tres menses Saxoniam regressus est, vbi-

Hugo pacem  
petit & im-  
petrat.

bus Remense atq; Lugduno cum caeteris armis captis, Ludouico regis concessis, Hugo autem expertus potetiam regis, virtutemq; Saxonum, non passus est vitra terminos suos hostiliter intrare, sed pergenti in eandem expeditionem anno sequenti occurrit iuxta fluuium qui dicitur Carmanus seq; dedit, & iuxta imperium regis pactum iniit, vtilisq; proinde permanfit. Videns autem rex filium suum Ludolphum virum factum, dedit ei coniugem diuitijs ac nobilitate clara, ducis Hermannii filiam, nomine Idam. Quam cum accepisset, in breui post haec socer moritur, cum ducatu omni ei possessione relicta. Accepta autem potestate, animum tranquillum, quem in puero gessit, exuit, armatumq; militem in Italiam ducens, aliquantisper ibi vrbibus captis, & sub custodia traditis, ipse reuertitur in Franciam. Eo tempore vsurpato imperio, regnauit in Longobardia homo ferus & auarus, & qui omnem iustitiam pecunia venderet, † Bernharius. Veritus autem singularis prudentiae reginae virtutem, a Ludouico rege relictae, in multis eam afflixit, quo tanti † ducis splendorem extingueret, vel certe obscuraret. Illo tempore rex proficiscitur in militiam contra Bolizlaum, regem Bohemiorum, & cum capienda esset vrbis, quae nuncupabatur noua, in qua clausus obsidebatur Bolizlai filius, prudenti rex consilio diremit praelium, ne miles in rapiendis hostium spolijs aliquod periculum incideret. Considerata itaque virtute regis, ac innumera multitudo exercitus Bolizlai vrbe egressus, maluit tantae maiestati subijci, quam vltimam perniciem pati, sub signisq; stans, & regem audiens, responsaq; reddens, veniam tandem promeruit. Inde plena victoria gloriosus factus rex Saxoniam regreditur, cumq; eum virtutis praefatae reginae non lateret, simulato itinere Romam proficisci statuit. Cumque in Longobardiam ventum esset, aureis muneribus amorem reginae suoper se probare tentauit. Qua fideliter experto, in coniugium sibi eam sociauit, cumq; ea urbem Papiam, quae est sedes regia, obtinuit. Quod cum vidisset filius eius Ludolphus, tristis a rege discessit, profectusq; in Saxoniam aliquandiu moratus est in loco consilij funesto, Salaueldun. Rex vero in Italia celebratis nuptijs, magnificentiam regalem nuptijs, proficiscitur inde cum noui matrimonij claritate, acturus proximum pascha in Saxonia, laetitiam patriae, magnamq; gratiam, conferens.

Ida Alemana  
Ludolpho col-  
locata.  
Hermannii du-  
cis Aleman-  
mors.

† al. Bernga-  
rius.

Bernharius  
Longobardus  
† al. decus  
splendoris.  
Boleslaus, rex  
Boemiae.

Alterae Otho-  
nis nuptia, in-  
deq; ab eo alie  
natus Ludol-  
phus.

Salsfeldia  
Conradus Dux

Henricus Con-  
rado & Lu-  
dolpho susce-  
ptus.

Bernharius  
Othoni reco-  
ciliatus

Prodigus.

Per suafus quoq; rex Bernharius a Conrado duce, cui Papia cum praesidio militari relicta erat custodienda, regem subsequutus est in Germaniam, pacem cum eo factur, & omnibus quae imperauisset, obtenturatur. Cui reginae vrbi appropinquanti, occurritur militari ab vrbe a ducibus & praefectis, Palatinorumq; primoribus, & regaliter susceptus, ductus in urbem, iussus est in hospio sibi praeparato manere. Neq; enim faciem regis intra tres dies videre promeruit. Quod a gre ferens Conradus, qui cum adduxerat, vnumq; cum eo sentiens, filius regis Ludolphus, suspectum super hac causa Hericum, fratrem regis, habentes, quasi antiqua stimulum inuidia, deuiteruere eum. Hericus autem sciens adolescentem maternis destitutum suffragijs, contemptum cepit eum habere in tantum, vt conuictijs ei quoq; non parceret. Interea rex regem alloquitur, in gratiaq; regis ac reginae susceptus, deditiois sponsonem dat, sed etiam spontanei die locumq; apud urbem Augustanam designans. Vbi cum conuentus fuerit, Bernharius manus filij sui Adelberti suis manibus implicans, licet olim Hugonem fugiens regi subderetur, tunc tamen renouata fide coram omni exercitu, famulatu regis se cum filio subiugauit, & ita dimissus in Italiam remeavit, cum gratia & pace. Ibi mirae magnitudinis lapis grandinis tonitru ac tempestate turbulenta da-  
ccelo



celo iactus, ingens miraculum, multis visentibus præbuit. Nati sunt autem regi  
 filij ex serenissima regina primogenitus Henricus, secundus Bruno, tertius pater-  
 ni nominis maiestate designatus, quem iam post patrem dominum ac imperato-  
 rem vniuersus sperat orbis. Filia quoque sancta matris vocabulo eius insignita, de  
 qua non præsumimus aliquid dicere, cum eius claritas præcellat omne quod di-  
 cere aut scribere valeamus. Enimvero rex cum regiones Francorum vrbesque  
 circumiret, audiuit quòd ei insidiæ pararentur à filio generoque: quapropter sum-  
 mus Pontifex reuocatus, vbi austeriore vitam more solito cum eremitis & so-  
 litarijs antè Pascha agebat, suscepit regem Maguntia ibi ei aliquàdiu ministrans.  
 Nefanda consilia prodita vbi filius genèrque animaduertent, purgandi locum  
 criminis cum consilio Pontificis petunt & impetrant. Qui licet sceleris mani-  
 feste arguerentur, paruit tamen rex eorum sententijs in omnibus locorum  
 temporumque angustia, & cum apparatus Paschalis apud Aquas fieri oportere  
 rex, comperit, nihil sibi dignum ibi paratum esse. Quare cum in Saxoniam per-  
 nē perdidit, in patria magnificè recepit. Nā confortatus amicorū gentisq; propriæ  
 præsentia, irritū fecit pactū quod coactus inire cōfessus est. Edictūq; est filio ge-  
 neroque auctores sceleris puniendos tradere, aut certè se hostes publicos nosse.  
 Pactis pristinis Pontifex intercessit, tanquam paci & concordia consulturus. Ob-  
 id regi fit suspectus, amicis regalibus consiliariisq; omnimodis spernendus. De  
 eo nostrum arbitramur nequaquam aliquid temerè indicare, sed quod de eo  
 probamus, quia magnus erat oratione die noctūque, magnus eleemolynarum lar-  
 gitate, præcipuus verbo prædicationis, non silere, duximus dignum. Cæterum de  
 accusatis causis qui iudicat, dominus est. Earum rerum dum ibi finis non fieret,  
 vniuersalis populi conuentus esse iubetur apud villam, quæ dicitur Fridislar, super  
 his causis discutiendis. Vbi cum frater regis Henricus adesset, multas ac graues  
 causas summo pontifici obieciebat, propterea que regis totiusque penè exercitus  
 offensam incurrit, dum eum penitus culpabilem ex illius dictis censerent. Præte-  
 rea rex feueriore animum gerens ex recenti iniuria, eminentissimos viros, ac si-  
 dum accusati rationem redderent, nec se purgare sufficerent. Hi erant Turingi  
 genere, potestatis præfectoria, Dadanus & Wilhelmus nomine. Hoc factò mul-  
 ti scelerum conscij satis perterriti. Soluta concione, & multitudo dimissa Rex  
 sese in orientales partes contulit. Lotharij autem cum regem duci Conrado sen-  
 silent offensum, cum iam olim ei infesti essent, eò quòd ducatum super eos admi-  
 nistraret ipsis inuitis, arma contra eum sumunt. Ille verò imperterritus leoninum  
 exereus animum signa signis contraria inuexit, & incredibilem multitudinem  
 scilicet, Eberhardi filij vt fera sæuissima acueretur. Itaque illi fortissimo suppedi-  
 tante fortium militum manu, aduerso exercitui dum nouus semper additur, à me-  
 ridie vsque in vesperum protrahitur bellum. Nocte prælium dissoluitur, nullus  
 victoria lætatur. Rex autem circa Calend. Iulij moto exercitu, armis filium gene-  
 rumque quærere tentauit, obuias vrbes partis aduersæ aut armis cepit, aut in de-  
 ditionem accepit, quousque Moguntiam perueniret, quam filius cum exercitu  
 intravit, patrémque dictu miserabilis armatus expectauit. Ibi plus quàm ciui-  
 ta, & omni calamitate acerbius, bellum ceptum. Multa machina muris admo-  
 secus stationes fusa. Cunctando enim res vniuersæ variauerunt, dum dominato-  
 rem regni foris, intus successorem metuebant. Obsidio itaque dum LX. ferme  
 dies excederet, sermo fit de pace, vnde datus est obses in urbem consobri-  
 nus regis Ecbertus, quo libera via cuique pateret in castra crimen purgandi, de pa-  
 ce atque concordia tractandi. Filius cum genero castra ingressi regalibus vestigijs  
 prosteruntur, pro scelere omnia sustinere paratos fore, saltem vt amici auxiliato-  
 res in fide suscepti, nihil aduersi paterentur. Rex autem non inueniens, quomodo  
 meritas poenas filio inferret, fautores insidiarum expostulat. Illi autem iuramen-

*Liberi Otho-  
nis ex Adel-  
heide.*

*Insidia Otho-  
ni à filio & ge-  
nero paratæ.*

*Moguntius  
ex intercessio-  
ne suspectus fa-  
ctus.*

*Fridislaria.  
Henricus Mo-  
guntini hostis.*

*† al. Britan-  
nico.*

*Dadanus &  
Wilhelmus  
Turing.*

*Lotharingi  
Conrado rebel-  
lant.*

*Conradus  
Eberhardi R.*

*Ludolphus &  
Conrad. Mo-  
guntia ab O-  
thone obsessi.*

*Fiunt Otho-  
ni supplices.*



Henrici acer-  
ba obiurgatio

Ecbertus ex  
obside hostis

† al. incepti  
Comitum Ba-  
varia defeclio

Ratisbona  
vrbs regia.

Arnulphus in  
mor hostis He-  
rici.

Adelberti fi-  
des

Hermannus  
Dux Saxon.

† al. Thiede-  
ricus.

Wigmannus  
iunior

Accusator pa-  
trui

Bauaria va-  
stata

Immodus Me-  
ni Wercus.

tis vicarijs obligati, & quodammodo arte antiqui hostis constructi, hoc om-  
nino negabant. Ingens interea oritur lætitia in castris, & à castris circum qua-  
que fama diffusa, nunquam vrbe egressuros nisi omnibus essent à rege impe-  
ratis obtemperaturi. Hæ spes in cassum conceptæ. Nam cum non obedirent  
edictis regis, motus Henricus aduersus adolescentem, nihil te, inquit, iacti-  
ctas contra dominum meum regem fecisse, & ecce omnis exercitus vsurpa-  
torem te regni inuasoremque nouit. Ipse ergo si accusor reus criminis, si cul-  
pabilis existo, quare non contra me legiones ducis? Signa aduersum me mo-  
ue, & festucam de terra sumens, huius, inquit, pretij à me meaque potesta-  
te rapere non poteris. Quod tibi visum est sollicitare huiuscemodi rebus pa-  
trem tuum? Contra summam diuinitatem agis, dum domino patrique tuo re-  
pugnas. Si aliquid scis vel vales, in me furorem tuum euome, ipse enim  
cum suis urbem ingressus est. Consobrinus autem regis Ecbertus cum & an-  
datus esset in urbem, suasilibus corruptus verbis, regi sit auersus, cum & an-  
teà ei iratus esset, eo quod argueretur incauti certaminis, ubi oculum per-  
didisset. Dum hæc agerentur, proxima nocte Bauarij Comites fratris regis,  
relictò eo, iuncti sunt Ludolpho. Qui pergens cum eis, cepit urbem regiam  
quæ dicitur Regnesburg cum cæteris in ea regione munitissimis, omnem-  
que pecuniam ducis suis militibus diuisit, coniugem cum filijs patris & ami-  
cis non solum vrbe sed & regione excedere coegit. Hæc omnia à Deo credi-  
mus acta, vt qui serenissimum regem plurimis populis ac gentibus præficere  
voluit, disceret parum in se, in Deo verò omnia posse. Erat autem iunior Ar-  
nulphus cum fratribus, qui tale consilium machinatus est contra Henricum,  
eo quod paterno regno subrogaretur, ipse autem honore patris priuatus esset.  
Porro exercitus diutino labore fatigatus, missionem petit & accepit, rege cum  
paucis admodum filium in Bauariam subsequente. Ipse namque erat patiens  
laborum, supra quàm quod credi possit de homine, ab adolescentia delicatè  
nutrito. Multitudine denique deficiente à fide rari admodum erant, qui partes  
regis adiuuarent. Inter quos erat quidam Adelbertus & alij cum eo admodum  
pauci. Militante aduersus Moguntiam rege, Hermannus dux Saxoniam occupa-  
bat. Cum nouus exercitus à Saxonia ad supplementum veteris mitti debuisset,  
† Theodoricus iuniorque Wigmannus ei præfuerunt. Attingentes terminos Fran-  
corum, à Ludolpho ducèque Conrado subito circumfusi in desertum quod-  
dam coguntur castellum. Quod dum opugnare nituntur, iactu rotæ signifer  
antè portam brachium perdidit. Quo factò bellum est sedatum, induciæ que  
concessæ trium dierum in Saxoniam reuertendi. Theodoricus à Ludolpho ma-  
gnis promissionibus est tentatus, Wigmannus autem admodum corruptus, pa-  
truum exinde arguere, paternæ hæreditatis raptorem dicere, & suorum thesau-  
rorum prædonem vocare cœpit. Henricus autem consilij nequaquam ignarus,  
quanta sapientia quantaque prudentia contra propinquos & hostes manifestos  
vigilauerit, difficile est omnimodis edicere. Iungitur quippe Ecbertus Wigman-  
no, eademque sententia consurgunt in ducem, nullumque ei dant quietis ocium. Ille  
autem nobili patientia iuuenum furorem frangens, cauet tumultum aliquem rege  
absente illis in partibus accrescere. Bauari repentino regis aduētu nec ad pacem uer-  
tuntur, nec bellum publicum præsumunt, sed clausi muris grandem exercitum suamque  
regionis solitudinem, parant. Vnde minus procedente negotio, à manibus exercitus  
à nulla re abstinebat, sed omnia vastabat. Summus Põtifex interea, vt ipse aiebat, ti-  
more regis officio Põtificali amisso, eremiticam cum solitarijs ducebat vitam. Nõ mi-  
nima quoque ceteris põtificibus cõtatio erat in Bauaria, dum fauēt partibus, ti-  
gi assistendo, nunc alias partes adiuuando, quod nec sine periculo alienabantur à rege,  
nec sine sui detrimẽto ei adhærebant. Agens tres integros menses, à Moguntia recedens  
rex, in illis regionibus, demum circa Cal. Ian. infecto negotio, amissis duobus prin-  
cipalibus viris ac potestate claris, Immede & Meinwerco, quorum uterque idu sagit-  
tarum periit, alter Moguntie, alter in itinere Bauariam pergentibus, reuertitur in  
Saxoniam



Saxoniam. Causas dicentibus coram rege Hermanno suisque nepotibus, omnes iusti tenaces ducis sententiam laudauerunt, adolescentes castigandos iudicantes. Rex autem amans parcebat illis, sub custodia militari tantum intra palatium tradens Wigmannum. Interea audit, quod Auares intrantes Bauariam iungerentur aduersarijs, disponderentque publico bello eum tentare. At ille satis imperterritus tali necessitate, nunquam se gratia dei dominum ac regem oblitus est, sed collecta valida manu obuiam procedit acerrimis hostibus. Illi autem diuerterunt ab eo, acceptisque ducibus à Ludolpho, omnem Franciam peruagati sunt, & tantam stragem dederunt, primum amicis, ut cuidam Ernesto vocabulo, qui erat partis aduersæ, sui iuris familias supra millesimum numerum captiuassent, deinde cæteris omnibus, ut dictu fidem excedat. Dominica ante Pascha Wornatiæ eis est publicè ministratum, & muneribus auri & argenti plurimum donatum. Inde in Galliam profecti, per aliam viam in patriam reuertuntur. Bauarij ciuili exercitu externoque fatigati (nam Vngarijs egressis, exercitu regali premuntur) coacti sunt de pace tractare. Factumque est, ut pax daretur vique in xvi. Calend. Iulij, & locus esset apud Cinnam rationis dandæ, & re-  
Inducia  
sponsonis reddendæ. Ad conditum locum dum vniuersalis populi conuentus fieret, talem rex orationem exorsus est: Paterer, inquit, si indignatio filij mei ceterorumque infidias tendentium me solum torqueret, & non totum Christiani nominis populum perturbaret: parum esset vrbes meas more latronum inuasissime, regionisque à mea potestate rapuisse, nisi propinquorum meorum ac charissimorum comitum sanguine satiarentur. Ecce sine filijs, sedeo orbatus, dum ad summum gradum, summumque honorem prouexi, vnicum filium meum habeo auersum à me. Tolerabile hoc † vtrunque foret, si non Dei hominumque inimici his causis introducerentur. Modò regnum meum habent desolatum, populum captum vel interfectum, vrbes destructas, templa succensa, sacerdotes extinctos. Adhuc madent sanguine plateæ. Auro meo & argento, qui-  
† al. totum  
gitur superfit sceleris, quid perfidiæ, excogitare nequeam. His dictis tacuit rex. Henricus laudans sententiam regis, subiunxit, quod hostes secundo victi publico certamine, malignè ac pessimè conducerentur, quo via eis iterum lædendi aperiretur, omnem calamitatem, omnemque laborem consultius velle pati, quam communem hostem vnquam in fidem susciperet. His dictis Ludolphus procedens ait: Conductos aduersum me pecunia fateor, obtinui, ne me mihique subiectos læderent. Si in hac parte culpabilis prædicor, sciat me omnis populus, hoc non voluntariè sed vltima necessitate coactum fecisse. Postremum Pontifex summus rationem redditurus intrauit, promittens se, quocumque Rex imperauisset iudicio significaturum, nunquam contra regem sensisse vel velle vel fecisse. Timore coactum à rege discessisse, offensum sibi eum, quia intellegisset innocentem grauissimis accusationibus obrutum. De cætero iuramentorum omnibus † argumentis fidem seruaturum. Ad hæc rex. A vobis non exigo iuramentum nisi pacis & concordie, consilium in quantum possitis adiuuetis, & hoc dato, in fide & pace eum dimisit. Pontifex cum duce Conrado, cum adolescentem non possent inclinare, quatenus patri subderetur, eiusque sententiam sequutus sustineret, discesserunt ab eo, Deo regi que sese iungentes. Proxima nocte Ludolphus cum suis à rege discedens, urbem Regensburg cum exercitu intrauit. Rex autem sequens filium, urbemque offendens, quæ dicitur Har-  
† al. iuramentis.  
sedal, obsedit eam. Facta autem pugna, durius certamen circa murum nemo nunquam vidit mortalium. Multi ibi ex vtraque parte cæci, plures fauciati, noctis tenebræ prælium dirimere. Saucius ancipiti bello postera luce ducitur inde exercitus, diutius ibi non morari visum ad grauiora tendentibus. Trium dierum iter proinde ad Regensburg. Castrorum loca occupata, munitionibusque circumscripta, obsidio vrbis diligenter est incepta. Sed cum multitudo machinas muris applicari non sineret, satis durè interdum ab vtrisque pugnatum pro mu-

Hermannus Dux causam dicit.  
Wigmannus in custodia datus  
Vngari Ludolphi socii.

Oratio Othonis pathetica.

Henrici sententia.

Ludolphus & Moguntinus se purgant.

† al. iuramentis.

Conradus Dux & Mogunt. redeunt ad vtriusque Othonis. Ludolphi pertinacia Harsthal.

Obsidio Ratisbonensis



ris. Diu tracta obsidio cogit clausos belli negotij aliquid actitare. Arbitrati sunt enim fame peius torqueri, si ad id cogerentur, quàm in acie fortiter mori. Iustum itaque occidentali porta erumpere equites, quasi impetum in castra facturos, alios naues ascendere, vt per flumen vrbi contiguum, dum equestri prælio pugnaretur, castra armatis deserta inuaderent. Urbani signo nolæ congregati condicla peragere, quod in castris vsu non ignotum: quapropter & ipsi non segniter præparantur. Moram facientibus in erumpendo equitibus, classis ab vrbe longius elabatur. Exilientésque de nauibus irruunt in castra, ostendentésque armatos, dum trepidè fugæ consulunt, circumfusi vndique cæduntur. Alij naues ingredi nixi, timore perculsi deuiantes flumine absorbentur, alij naues plus æquo ingressi demerguntur, factumque est, vt vix pauci de pluribus superessent. Equites verò ab equitibus fatigati deuictique plures sauci, iam urbem coguntur. Miles regius victor in castra reuersus, vnum solummodo lethali vulnere percussum pro portis secum reuehant. Pecus omne vrbis loco herbofo delatum, qui erat intra † Reni & Donaw fluuios, sed à fratre regis Hentico captum, & inter socios diuisum est. Urbani crebris prælijs triti, fame quoque periclitari cæperunt. Vnde, egressus vrbe Ludolphus cum principibus viris, pacem postulat, sed non impetrat, quia patri obedientiam negat. Ingressus verò urbem, portam orientalem obsidentem armis tentat. Geronem, tot victorijs quod prælijs clarum. A tertia hora vsque in nonam acriter pugnatum ante portam vrbis. Equo cadente, ascensor Arnulphus armis exutus, illicque telis perfoffus, occubuit. Post biduum à muliere, famem vrbis fugiente, mors illius notificatur, cum antea incertum esset. Cuius morte vrbanis fati confusi, iam de pace tractabant. Interuentu proinde principum iterum Ludolphus cum socijs vrbe egressus, dum mense integro & dimidio obsideretur, pacem obtinuit, vsque ad condicla diem, dum de his causis Hentico caretur, locusque apud Fridislar notabatur. Rex inde in patriam reuersus Henricus verò nouam urbem obtinuit. Reinesburg penè omnis proxima nocte est arsa. Exercendi gratia venationem agens rex in loco qui dicitur Sueldun, filius patri nudatis plantis prosternitur, intima tactus pœnitentia oratione supplicabili patris primum, deinde omnium præsentium lacrymas extorquet. Amore itaque paterno susceptus in gratiam, spondet se obtemperaturum, consensurumque omni paternæ voluntati. Interea summus Pontifex ægrotasse nunciatur, ac desperari. Quapropter regis placitum modicè est dilatum. Finem summi Pontificis, qui interfuere, satis laudabilem prædicant. Defuncto pontifice vniuersalis conuentus est populi celebratus: Moguntia post annum & dimidium regi tradita cum omni Francia, filius ac gener in gratiam suscepti, qua & in finem vsi sunt fideliter. Eo anno Sclau, qui dicuntur Velici, à Gerone cum magna gloria deuicti, cum ei præsidio esset dux Conradus, à rege missus. Præter Pascha cum fratre, ducit post hæc exercitum contra Reinesburg, iterum armis machinisque urbem torquens. Dum præsidio Saxonum destituitur, ac fame vexatur, portis vrbanis egressi, cum vrbe tradiderunt semetipsos regi. Qui principes exilio damnans, reliquæ multitudini parcat, victoriæque gloriosus remeavit in patriam, omni regione Bauarica fratri restituta. Ingressusque Saxoniam circa Calend. Iul. obuios habet legatos Vngarorum, tanquam ob aliquam fidem ac gratiam eum visitantes, re autem vera, vt quibusdam diebus reuertitur, euentum belli ciuilibis considerantes. Quos cum secum † aliquantis diebus retinisset & aliquibus munusculis donatos remisisset in pace, audiuit à nuntijs fratris, ducis scil. Bauariorum, quod ecce Vngari diffusi, inuadunt terminos tuos, statuuntque tecum inire certamen. His auditis rex, quasi nihil laboris præterito bello tollerauisset, cœpit ire contra hostes, sumptisque secum paucis admodum ex Saxonibus, eo quòd iam bellum Sclauonicum vrgeret, castris positus in confidido quoque equitatu venit in castra Conradus dux, cuius aduentu ere & i milites, iam oprabant

*Eruptio ex vrbe.*

† Rein & Danubium.

*Ludolphus frustrapacem petit. Geronis virtus bellica Arnulphi cædes.*

*Ludolpho pacem data.*

*Ratisbona incendium.*

*Ludolphus patri supplicat.*

*Mors Moguntini.*

*Vdici à Gerone & Conrado uicti.*

*Ratisbona & Bauaria recepta.*

*Legatio vngarorum suspecta.*

† al. aliquot

*Bellum Vngaricum.*

*Conradus Dux eiusque virtus bellica.*



optabant non differre certamen. Nam erat natura audacis animi, & quod raturum est audacibus, bonus consilio, & dum eques & dum pedes iret in hostem, bellator intolerabilis, domi militæq; socijs charus. Igitur ab vtriusque exercitus latrocinantibus agminibus notificabatur, non longè exercitus ab altero fore. Ieunio in castris † prædicato, iussum est omnes in crastino paratos esse ad bellum. Primo diluculo surgentes, pace data & accepta, operaque sua primum duci, deinde vnusquisque alteri cum sacramento promissa, erectis signis procedunt è castris, numero quasi octo legionum. Ducitur exercitus per aspera & difficilia loca, ne daretur hostibus copia turbandi sagittis agmina, quibus vruntur acerrime, arbutis ea protegentibus. Primam & secundam tertiamque legionem dirixerunt Bauarij, quibus præfuerunt præfecti ducis Henrici. Nam ipse bello interim aberat, eò quòd valetudine corporis laborasset, qua & mortuus est. Quartam verò ordinauere Franci, quorum rector & procurator erat dux Conradus. In quinta, quæ erat maxima, quæ & dicebatur regia, ipse princeps, vallatus lectis ex omnibus militum millibus, alacrique iuuentute, coramque eo Angelus, penes quem victoria, denso agmine circumseptus. Sextam & septimam constrinxerunt Sueui, quibus præfuit Burchardus, cui nupserat filia fratris regis. In octaua erant Bohemi electi milites mille, armis potius instructi, quàm fortuna, in qua & sarcinæ omnes & impedimenta quæque quasi ipsa esset tutissima, quæ esset nouissima. Sed aliter res acta est quàm arbitrabatur. Nam Vngari nihil cunctantes Lech fluuium transierunt, circumeuntisque exercitum, extremam legionem sagittis laceffere cœperunt, & impetiti, cæteros legiones illius armatos fugere compulerunt. Similiter septimam ac sextam aggressi, plurimis ex eis fuis, in fugam verterunt. Rex autem cùm intellexisset bellum ex aduerso & post tergum, nouissima agmina periclitari, missa duce cum quarta legione, captiuos eripuit, prædam excussit, latrocinantiaque hostium agmina perturbauit. Fusis latrocinantibus vndique aduersariorum agminibus, signis victricibus dux Conradus ad regem reuertitur. Mirumque in modum cunctantibus veteranis militibus, gloriæ victoriæ assuetis, cum nouo milite & ferè bellandi ignaro triumphum peregit. Dum ea geruntur in Bauaria, variè pugnatum est à præside Theoderico aduersus barbaros. Cùm capere nisus esset quandam urbem illorum, vsque ad introitum portæ persequutus est aduersarios, cogens illos intra murum. Oppido potitus, eoque incendio extincto reuerteretur, & paludem, quæ erat vrbi adiacens, medietas militum transisset, Sclaui videntes nostros in arcto sitos ob difficultatem loci, nec copiam habere pugnandi, nec locum adeò fugiendi, insequabantur à tergo reuertentes clamore magno, & peremerunt ex eis ad L. viros, fœda fuga & exercitu facta. Ingens interea pavor omnem Saxoniam, trepidam pro reuoluita inuoluta. Templadenique plerisque in locis tempestate valida concussa videntibus & audientibus horrorem nimium incussere: vtriusque sexus sacerdotes iectu fulminis interierunt, & alia multa illo tempore contigerunt dictu horrenda, & propterea nobis prætereunda. Totum pondus prælij ex aduerso iam adesse conspiciens rex, exhortandi gratia allocutus est socios suos hoc modo: Opus esse nobis † bonorum animorum in hac tanta necessitate, milites mei, vos ipsi videtis, qui hostem non longè, sed coram positum toleratis. Hactenus enim impigris manibus vestris ac armis semper inuidis gloriosè vsus extra solum & imperium meum vbiq; vici, & nunc in terra mea & regno meo terga vertã? Sudeo peramur scio multitudine, sed nõ virtute, sed nõ armis. Maxima enim ex parte nudos illos armis omnib. penitus cognouimus, & quod maximè est nobis solatij, auxilio Dei. Illis est sola audacia pro muro, nobis spes & protectio diuina. Pudeat iã

† al. indicto

Acies Oshomis.  
Henrici morbus & mors.Burchardus,  
Dux Sueuicæ.Lycus fl.  
Prelium.Conradus  
Dux.Theodericus.  
Victoria & clades in Sclauis.

Prodigia.

Redit ad prælium Vngaricum.  
† al. bonis operibus



*Othonis vir-  
tus bellica.*

† *al. vltior*

*Conradi Du-  
cis mors, sepul-  
tura, elogium.*

*Tres Vngaro-  
rum, Duces ca-  
pti & strangulati.*

*Wigmanni in-  
moris captivi-  
tas.*

*Fuga & re-  
bellio.  
Hermannus  
Dux.  
† *al. Albim-  
que  
Naco Wigman-  
ni socius.**

*Hermannus in-  
falis expedi-  
tio  
† *al. adesse**

nunc dominos penè totius Europæ inimicis manus dare. Melius bello, si finis adiacet, milites mei, gloriosè moriamur, quàm subiecti hostibus vitam seruiliter ducamus, aut certè more malarum bestiarum strangula deficiamus. Plura loquerer, milites mei, si nòsem verbis virtutem vel audaciam animis vestris augeri. Mòdò melius gladijs quàm linguis colloquium incipiamus: & his dictis, arrepto gladio & clypeo ac sacralancca ipse primus equum in hostem vertit, fortissimi militis ac optimi imperatoris officium gerens. Hostium adiutores primum resistere, deinde vt socios viderunt terga vertere, obstupefacti, nostrisq; intermixti, extinguuntur. Cæterorum verò alij equis fatigatis villas proximas intrant, circumfusique armatis cum mænijs pariter concremantur: Alij flumen continguum transnatantes, dum ripa † altior ascendentes non sustinet, flumine obuoluntur & pereunt. Eo die castra inuasa, captiuque omnes erepti: secundo die ac tertio à vicinis vrbibus reliqua multitudo in tantum consumpta est, vt nullus aut rarus discederet. Sed non adeò incruenta victoria fuit de tam fæua gente. Conradus quippe dux fortiter pugnañs, animi feruore solisque ardore, qui eo die nimius erat, accensus æstuat, vinculisque lorice salutis, dum auram captiui vulnere sagittæ aduerso gutturis defixæ cadit. Cuius corpus iuxta regis imperium honorifice collectum, transportatur Wormaciam, ibique sepelitur, vir omni virtute animi & corporis magnus atque famosus, cum fletu & planctu omnium Francorum. Tres duces gentis Vngariæ capti, ducique Henrico præsentati, mala morte, vt digni erant mulctati sunt: suspendio namque crepuerunt. Triumpho celebri rex factus gloriosus, ab exercitu pater patriæ, imperatorque appellatus est. Decretis proinde honoribus & dignis laudibus summæ diuinitati per singulas Ecclesias, & hoc idem sanctæ matri eius per nuntios demandans cum tripudio ac summa læticia Saxoniam victor reuersus, à populo libentissimè suscipitur. Neque enim tanta victoria quisquam regum intra ducentos annos ante eum lætatus est. Nam ipsi bello Vngarico aberant, Sclauonico certamine reseruati. Igitur vt suprà retulimus, cum deficeret in ratione reddenda contra suum patrum Wigmannus, intra palatium custoditur. Cum verò rex in Bauariam proficisci vellet, simulata infirmitate ipse iter negauit. Vnde monitus ab imperatore, quòd destitutus à patre & matre, loco filij cum assumpserit, liberalitèrque educauerit, honore paterno promouerit, rogatur ne ei molestiam inferret, cum alia plura grauaretur. Ad hæc nihil vtile audiens imperator, discessit, commendato eo Ibani Comiti. Aliquantis diebus cum eo degens, petit post hæc venandi gratia Syluam ire liceret. Ibi absconditos socios secum sumens, perrexit in patriam, & occupatis aliquibus vrbibus, iuncto sibi Ecberto arma sumit contra imperatorem. Industria autem ducis Hermannus faciliè eos opprescit, trans † Albiàmque coëgit. Illi cum sese sensissent duci resistere non posse, sociauerunt sibi duos subregulos Barbarorum, Saxonibus iam olim infestos, Nationem & fratrem eius. Ductus exercitus à duce, reperti sunt in vrbe quæ dicitur Suuithleiscranne, & penè erat vt cum vrbe caperentur, nisi clamore ad quadam excitarentur, & ad arma prosilirent, cæsis tamen ante portam vrbis ad quadraginta armatis. Cæsorum spolijs potitus dux Hermannus, discedit. Erant autem qui eum adiuuarent, Henricus præses, cum fratre Sifrido, viri eminentes & fortes, domi militiæque optimi. Facta sunt autem hæc initio quadragesimalis ieiunij. Barbari verò post proximum Pascha irruunt in regionem, duces habentes Wigmannum, ad facinus tantum non ad imperium. Nullam moram agens, sed & ipse dux Hermannus cum præsidio militari aduolat, vidensque exercitum hostium grauem, sibi paruas admodum belli copias † affore, ciuili bello vrgente, arbitratus est consultius, differre certamen in dubijs rebus constitutis, multitudinèrque imperare, quæ maxima in vnam vrbem confluerat, dum cæteris diffident, quoquo pacto possent, pacem expostularent. Quod tamen milites consilium ægrè valde tulerunt, & maximè Sifridus, qui erat bellator acerrimus. Faciunt tamen ciues Cocarescemiorum vt dux imperauerat, pacemque eo pr-



to pacto obtinent, quo liberi cum vxoribus & natis supra murum inermes ascendere conditione seruili, & omni supellectile in medio vrbs hostibus relicta. Cùm intra urbem irruerent barbari, quidam illorum suum mancipium agnoscit in cuiusdam liberti vxore, quam cùm rapere de manu viri niteretur, de fit, vt omnes ad cædem verterentur, nullùmque relinquerent, sed omnes perfectæ ætatis neci darent, matres cum natis captiuos ducerent. Quod scelus Imperator vlcisci gestiens, victoria iam de Vngaris † patrata, regiones barbarorum hostiliter intrauit. Consultum de Saxonibus, qui cum Sclauis conspirarant: indicatumque est, Wigmannum & Ebertum pro hostibus publicis haberi oportere, cæteris verò parcere, siquidem remeare voluissent ad suos. Aderat & legatio barbarorum, tributa socios ex more velle persoluere nuncians, cæterum dominationem regionis velle tenere, hoc pacto pacem velle, alioquin pro libertate armis certare. Imperator ad hæc respondit, pacem quidem eis nequaquam negare, sed omnimodis dare non posse, nisi iniuriam perpetrando per illas regiones duxit exercitum, donec tandem castris positis super Raxam fluuium, ad transmeandum paludibus difficilimum, ab hostibus circumfunditur. A tergo namque via arborum robore obstruitur, eadèmq; cum armatorum manu vallatur. Ex aduerso fluuius fluuiòque contigua palus, & cum ingenti exercitu Sclauorum, bellatores & ab opere & ab itinere prohibens. Vexatur autem & alijs incommodis exercitus, morbo pariter & fame. Dum talia agerentur per plures dies, mittitur ad Principem barbarorum, qui dicebatur Stoinef, Gero Comes, quatenus imperatori se dedat, amicum per id adepturum, non hostem experturum. Erant quippe in Gerone multæ bonæ artes, bellandi peritia, in rebus ciuilibus bona consilia, satis eloquentiæ, multum scientiæ, & qui prudentiam suam opere magis ostenderet quàm ore, in acquirendo strenuitas, in dando largitas, & quod optimum erat, ad cultum diuinum bonum studium. Igitur præses super paludem & flumen, cui palus adiacens erat, barbarum salutabat, cui Sclauus æqualia respondit, ad quem præses: Satis tibi esset, si bellum gereres contra vnum nostrum de seruis dominis mei, & non etiam contra dominum meum regem: quis tibi exercitus, quæ arma, vt talia præsumas? Si aliqua vobis virtus assit, si artes, si audacia, date nobis locum ad vos transeundi, siue nos vobis huc veniendi, & æquato loco fortitudo appareat pugnatoris. Sclauus barbarico more frendens, & multa conuicia euomens, irrisit Geronem, imperatoremque & omnem exercitum, sciens eum multis molestijs aggrauatum. Gero ad hæc commotus, vt eorum animi ardentissimi, crastinus, inquit, dies declarabit, tu & populus tuus fortes viribus sitis an non. Cras enim nos vobiscum congregantes proculdubio videbitis. Gero denique olim licet multis gestis insignibus clarus habitus, iam tamen magnus ac celebris vbique prædicabatur, eò quòd Sclauos, qui dicuntur Vchri cum magna gloria cepisset. Gero reuersus in castra, retulit, quæ audierat. Imperator verò de nocte confurgens, iubet sagittis & alijs machinis ad pugnam hostem prouocare, & quasi vi flumen paludemque transcendere velle. Sclauus autem hesternæ comminatione nihil aliud arbitrati, ad pugnam pariter conspirauere, iter totis viribus defendentes. At Gero cum amicis † Ruanis miliari fermè vno à castris † descendens, hoste igno-  
rante, tres pontes celeriter construxit, & misso nuncio ad Imperatorem, totum exercitum reuocauit. Quo viso barbari, & ipsi obuiare legionibus contendunt. Pedites barbarorum dum longiorem viam currunt, & certamina præsidium quærunt, obruncantur. Stoinef autem colle eminenti cum equitibus euentum rei expectabat: socios inire fugam cernens, fugit & ipse, locoque quodam cum duobus satellitibus repertus à viro

† al. parta

Wigmannus  
& Ebertus  
proscripti.Othonis expe-  
ditio in Sclauos.Stoinef Sclauus  
Gero, eius  
que elogium.Auctor victoria.  
† al. suis  
† al. descendensStoinefi fuga  
& cædes.



*Hofed.*

militari, cuius vocabulum erat Hofed, certamine defatigatus, armisq; nudatus, capite cæsus est: Satellitum alius viuis captus, Imperatoriq; cum capite & spolijs reguli, ab eodem milite præsentatus est. Ex hoc Hofed clarus & insignis habitus. Merces tam famosi facti donatiuum imperiale cum reditu viginti mansuum. Eo die castra hostium inuasa, & multi mortales interfecti vel capti, cædesq; in multâ noctem protrahabatur. Postera luce caput subreguli in campo positum, circaq; illud † septingenti captiuorum capite cæsi, eiusq; consiliarius oculis erutis, lingua est priuatus, in medioq; cadaverum inutilis relictus. Wigmannus verò & Ecbertus scelerum conscij in Galliam profecti ad Hugonem ducem fuga elapsi sunt.

† al. septuaginta  
Wigmannus  
& Ecbertus  
in Galliam  
elapsi.

Legationes di  
uersarum gen  
tium ad Otho  
nem.

Ludolphi  
mors, sepulch  
ra, Ioboles.

Wigmannus  
& Ecbertus  
reduces.  
Othoni recon  
ciliati.

Cruces in ve  
stibus.

Othonis mor  
bus.

Expeditio Ita  
lica.

Metalla Sax  
on.

Wigmannus  
studet rebus  
nouis.

Romanorum scilicet & Græcorum Sarracenorumq; per eosq; diuersi generis mu nera, vasa aurea & argentea, cærea quoque & mira varietate operis distincti vitrea vasa, eburnea etiam & omni genere modificata stramenta, balsamum & totius generis pigmenta, animalia Saxonibus antea inuisa, leones & Camelos, simias & strutiones, omniumq; circumqua; Christianorū in illo res atq; spes sitæ. Ludolphus autē filius Imperatoris, cum fidem vult seruare amicis, patria cessit, Italiamq; cum eis adiit, quo agente annum ferè totum, diem extremum obiit, toti Franco rum imperio relinquens suo vulnere vulnus durum. Funus autem eius à militibus debito honore curatum, & ab Italia Moguntiam corpus translatum, in basi lica Albani martyris sepultum est cum luctu & plactu multorum populorū. Reliquit post se filium patris vocabulo insignitum. Literæ autem obitus eius allatae sunt imperatori, cum esset in militia, qua militauit contra Rhedarios. Quapropter satis plurimum lacrimarum pro filij interitu fudit: de cætero, qui adhuc ordinauit imperium suum, rectori omnium Deo, fideliter commisit. Eodem tempore Wigmannus sciens Saxoniam bellatoribus vacuam, à Gallia profectus, in basi occultè intrauit, domum coniugemq; reuisit, inde se iterum alienigenis immer sit. Ecbertus verò interuentu magni pontificis Brunonis in gratiam recipitur. Ductus exercitus contra Wigmannum tertia vice vix obtinuit, vt in fide Geronis filijq; sui susceperetur, ipsiq; apud imperatorem obtinerent, quo patria coniugisq; patrimonio cum gratia imperiali frueretur. Iniussus sacramentum terribile confite contra imperatorem imperatorisq; regnum, nunquam aliquid iniquè confilio aut actu facturum. Ita fide data, in pace est dimissus, & bonis promissionibus ab imperatore erectus. Peracta cæde Barbarorum, eo anno prodigiosa res apparuere, notæ scilicet crucis in vestimentis plurimorum, quibus visis plurimi saluberrimè timore perculsi aduersa formidabant, ijdemq; vitia multa ex parte emendauerunt. Fuerunt & qui lepras vestium interpretarentur, eò quòd subsequens lepra multos mortales corrumpere. Sapientiores autem signum crucis salutem victoriamq; præfigurasse prædicabant, quibus & nos fidèlem assensum præbemus. Eo tempore imperator & ipse ægrotare cœpit, sed meritis sanctorum, quibus fidele iugiter obsequiū præbet, maximeq; patrocinio inelyti martyris Viti, cui aperuit os suum, de infirmitate conualescit, & mundo vt sol lucidissimus, post tenebras ad omnem decorem & delicias condonatur. Rebus igitur ritè compositis, per omnem Franciam Saxoniamq;, & vicinas circumqua; gentes, Romam statuens destinatus, Longobardiam perrexit. Ergo qualiter regem Longobardorum Bernharium duobus annis obsessum cum coniuge & filijs captum in exilium destinauerit, Romanos duobus prælijs vicerit, Romamq; expugnauerit, duces Benenitanorum subiecerit, Græcos in Calabria Apuliaq; superauerit, terra Saxonia venas argenti aperuerit, imperiumq; cum filio quàm magnificè dilatauerit, nostras tenuitatis non est edicere, sed vt initio historiarum prædixi in tantum fideli deuotione elaborasse sufficiat. Cæterum erga tuam claritatem serenitatemq;, quam patris fratrisq; celsitudo patriæ ad omnem honorem nobisq; ad solatium reliquit, magna deuotio opus humile magnificet. At finis ciuilibus terminus sit libelli. E nimiuero donatus patriæ Wigmannus, æquanimiter se continuit, donec Imperatoris aduētum sperauit. Cum autem eius reuersio differretur, ad aquilonares partes se



res se contulit, quasi cum rege Danorum † Halardo bellum ab integro machinatu-  
 rus. At ille mādavit ei, si ducem necasset, vel aliū quemlibet principum nosset sine  
 dolo, cum sibi sociare vellet, aliter rem fraudulentē agitasse, nō dubitaret. Interea  
 ab emptore prætereunte latrocinia eius produntur, sociorumq; aliqui compræ-  
 hensi, & tanquam contra publicam rem agentes à duce damnati, strangulo vitam  
 perdidērunt, ipse autē cum fratre vix evasit. Dani antiquitus erant Christiani, sed  
 nihilominus idolis ritu gentili servientes. Contigit autē alterationē super cultura  
 Deorum fieri in quodam conuiuio, rege præsentē, Danis affirmantibus, Christum  
 quidem esse Deū, sed alios fore eo maiores Deos, quippe qui potiora mortalibus  
 signa & prodigia per se ostenderent. Contra hæc clericus quidē, nunc verò religio-  
 sam vitam ducens Episcopus, nomine Poppo, vnum verum Deū patrem cum filio  
 unigenito, domino nostro Iesu Christo, & sp̄itu sancto, simulachra verò dæmo-  
 niæ esse, & non Deos, testatus est. † Alardus autē rex, utpote qui velox traditur fuisse  
 se ad audiendum, tardus ad loquendum, interrogat si hanc fidem per semetipsum  
 declarare velit. Ille incunctanter velle respondit. Rex verò custodire clericū vsq;  
 in crastinum iuber. Mane autem factō, ingentis ponderis ferrum igne succendi iu-  
 bet, clericumq; ob fidem catholicam candens ferrū portare iussit. Cōfessor Chri-  
 sti indubitanter ferrum rapit, tam diuq; deportat, quo ipse rex decernit: manum  
 incolumem cunctis ostēdit, fidē catholicā omnibus probabilē reddit. Ad hæc rex  
 conuersus, Christū Deum solum colendū decreuit, idola respuenda subiectis gen-  
 tibus imperat, Dei sacerdotibus & ministros honorē debitū deinde præstitit. Sed  
 & hæc virtutib. meritō patris tui ascribūtur: Cuius industria in illis regionibus Ec-  
 clesiæ sacerdotūq; ordines in tantū fulsere. Gero igitur Comes nō immemor iura-  
 mēti, cum Wigmannū accusari vidisset, reūq; cognouisset, barbaris, à quib. eū as-  
 sumpsit, restituit. Ab eis libenter susceptus, longius degētes barbaros crebris præ-  
 lio contriuit. † Miscam regē, cuius potestatis erant Sclavi, qui dicuntur Licicauiki,  
 duabus vicib. superavit, fratresq; ipsius interfecit, prædā magnam ab eo extorsit. Eo  
 quoq; tempore Gero præses Sclavos, qui dicuntur Lusiki, potētissimē vicit, & ad vl-  
 timā seruitutē cōegit, nō sine sui tamē graui vulnere, nepotiq; optimi viri casu, cæ-  
 ci inimitiæ à patribus vicaria relicti, alter vocabatur Selibur, alter Mistau. Selibur  
 præerat Wacis, Mistau Abodritis. Dum inuicem quàm sepe accusantur, victus tā-  
 dem ratione Selibur, condemnatus est quindecim talentis argenti à duce. Eā dām-  
 nationem grauius ferens, arma sumere contra ducē cogitauit. Sed cum ei belli co-  
 piam non sufficerent, missa legatione, postulat præsidium ab Wigmanno contra du-  
 cē. Ille nihil iucundius ducens, quàm si aliquam molestiā inferre posset patruo, ci-  
 tō cum socijs adest Sclauo. Ut autē suscipitur in urbē Wigmannus, statim vrbs ob-  
 sidione vallatur ab inimico. Ductus quoq; exercitus à duce urbē obsedit. Interim  
 ad extrahenda sibi de Danis auxilia. Pauci dies intererāt, dum victus bellatoribus  
 & pabulum iumentis defecerant. Fuerunt etiam qui dicerent, Sclauum speciem  
 quidem belli gessisse, non verum bellum: Incredibile omnimodis fore, hominem  
 a puero bellis assuetū bellicas res tam malè præparatas habuisse, sed id consilij ma-  
 chinatum ducem, ut quoquo pacto posset nepotem vinceret, ut saltem salutem in  
 patria recuperaret, quam inter paganos penitus perdidisset. Fame itaq; urbani ac-  
 quens pecorum aggrauati, vrbe egredi sunt coacti. Dux Sclauum asperius allo-  
 que, inquit, de perfidia & nequā eius actibus arguit, hocq; ab eo responsi accepit: Quid  
 me, inquit, de perfidia arguis: Ecce quos nec tu nec dominus tuus imperator vin-  
 cere potuistis, mea perfidia inermes assistunt. Ad hæc dux conticuit, eum suæ di-  
 stionis regione priuatus, filio ipsius, quem antea obsidem accepit, omni ipsius pote-  
 state tradita. Milites Wigmanni varijs pœnis afflixit, vrbs prædā suis militibus do-  
 nauit, simulacro Saturni ex ære fuso, quod ibi inter alia vrbs spolia reperit, ma-  
 gnum spectaculum populo præbuit, victorq; in patriam remeavit. Audiens autem  
 Wigmannus urbē captam, sociosq; † circumuentos, ad orientem versus iterum se  
 paganis immergit, egitq; cum Sclavis, qui dicuntur Vuloini, quomodo Miscam,

† al. Haraldus  
 Haraldus  
 Rex Dan.  
 Wigmanni latrocinia  
 fuga.

Danorū Christi-  
 stianismus pa-  
 ganismo per-  
 missus.

Poppo Con-  
 fessor.

† al. Haraldus

Deorum cultus in Danis  
 abolitus.

Gero.  
 Wigmannus.

† al. Miscam  
 Miscam Sclauus.  
 Lusici Scl. vi-  
 citi.

Selibur et Mi-  
 stau Hermanni  
 ni hostes.

Wigmannus  
 Seliburi auxiliarius.

Hermannus  
 in hostem.

Simulacrum  
 Saturni.

† al. afflictos  
 Vuloini.



Misaca & Bo  
leslaus Boiemi  
affinitas.  
Wigmanni in-  
felix praeliū.

amicum Imperatoris, bello lacefferent, quod eum minimè latuit. Qui misit ad Bo-  
lizlaum, regem Bohemiorum: gener enim ipsius erat: accepitq; ab eo equitū duas  
acies. Cumq; contra eum Wigmannus duxisset exercitū, pedites primū ei im-  
misit. Cumq; ex iussu ducis paulatim coram Wigmanno fugerent, isq; à castris so-  
gius protractus esset, equites à tergo immituntur, & signo fugientes ad reuerſio-  
nem hostiū reuocantur. Cumq; ex aduerso & post tergum premeretur Wigmannus,  
fugam inire tentauit. A socijs igitur arguitur sceleris, quod ipse eos ad pugna-  
m instigauerit, fidentq; equo cum necesse fuerit, fugam facillè inierit. Coactus itaq; e-  
quo cessit, pedestris cum socijs certamen iniit, eoq; die viriliter pugnans armis de-  
fenditur. Ieiunio autem & longiori via, quam per totam noctem armatus incesſit,  
manè cum paucis admodum aream cuiusdam iam fessus intrauit. Optimates autē  
hostium cum eum reperissent, ex armis agnoscunt, quod vir eminens esset. Wi-  
gmannum se fore professus est. At illi arma deponere exhorati sunt: Fidem dein-  
de spondent, saluū eum domino suo præsentari, hocq; apud ipsum obtinere, qua-  
tenus incolumem imperatori restituat. Ille licet in vltima necessitate sit constitu-  
tus, non immemor pristinae nobilitatis ac virtutis, dedignatus est talibus manum  
dare, petit tamē vt Misaca de eo annunciet, illi velle arma deponere, illi manus  
dare. Dum ad Misacam ipsi pergunt, vulgus innumerabile eum circumdat, eumq;  
acriter impugnat. Ipse autem quamuis fessus, multis ex eis fufis, tandem gladium  
sumit, & potiori hostium cum his verbis tradidit: Accipe, inquit, hunc gladium,  
& defer domino tuo, quo pro signo victoriae illū tenēat, Imperatoriq; amico trans-  
mittat, quò sciat aut hostem occisum irridere, vel certè propinquum deslere. Et  
his dictis, conuersus ad orientem, vt potuit patria voce Deum exorauit, animaq;  
multis miserijs & incommodis repletam pierati creatoris omnium effudit. Is finis  
Wigmanno, talisq; omnibus ferè, qui contra imperatorem arma sumserunt, pa-  
trem tuum.

Mors.

*Hic finit exemplar manuscriptum. In edito hac  
sequuntur.*

Imperator itaq; acceptis armis Wigmanni, de nece eius iam certior factus, scri-  
psit epistolam ad duces & præfectos Saxoniae in hunc modum.

OTTHO, DIVINO NVTV IMPERATOR  
AVGVSTVS, HERMANNO ET THIEDERICO DV-  
*cibus ceterisq; publicæ rei nostræ præfectis, om-  
nia amabilia.*

Γυώμη.

DEo volente, salus omniaq; prosperè planè succedunt. Cæterum nuncij Con-  
stantinopolitani regis, dignitate satis insignes, nos adeunt, pacem, vt intellexi-  
mus, admodum quærentes. Quoquo modo tamen res geratur, bello, Deo volen-  
te, nos nullo modo tentare audebunt. Apuliam & Calabriam, prouincias, quas  
hactenus tenuere, nisi conueniamus, dabunt. Si verò voluntati nostræ paruerint,  
præſenti æstate coniugem cum æquiuoco nostro in Franciam dirigentes, per Fra-  
xinerum ad destruendos Sarracenos Deo comite iter arripiemus, & sic ad vos dis-  
sponemus. Præterea volumus, vt si Redares, sicut audiuius, tantam stragem pas-  
si sunt (scitis enim quàm sæpe fidem fregerint, quas iniurias attulerint) nullam vo-  
biscum pacem habeant. Vnde hæc cum Hermanno duce ventilantes totis viribus  
instate, vt in destructione eorum finem operi imponatis. Ipsi si necesse fuerit, ad  
eos ibimus. Filius noster in natiuitate Domini coronam à beato Apostolico in Im-  
perij dignitatem suscepit. Scripta xv. Cal. Febr. in Campania iuxta Capuam.

Werla.

Radarij.

His litteris lectis in conuentu, in loco, qui dicitur Werla, coram principibus &  
frequentia plebis, visum est pacem iam datam Radarijs oportere stare, eò quòd  
tunc bellum aduersus Danos vrgeret, & quia copiarum minus sufficerent ad duo bel-  
la pariter conficienda. Græcorum itaq; legatis Imperator satis credens, partē ex-  
ercitus cum plerisq; principalibus viris direxit ad condictum locum, quo eis se-  
cus spon-



cus sponſionem legatorũ puella traderetur, & cum honore filio aduceretur. Græci verò ad artes paternas conuerſi (nam erāt ab exordio ferè mundi plurimarum gentium domini, & quos virtute nequibant, arte ſuperabant) ſubitò ſuper impro- uifos, & nihil aduerſi ſuſpicantes, irruunt, caſtra diripiunt, plures occidunt, plures capiunt, quos & Conſtantinopolin Imperatori ſuo præſentant. Qui verò effuge- re poterant, reuerſi ad Imperatorem, quæ acta ſunt, nunciabant. At ille ſuper his commotus, ad hoc dedecus diluendum, cum graui manu viros eminentes dome- ſticis & externis rebus iam ſepe claros factos, Gundarium & Sigefridum, mittit in Calabriam. Græci autem præterita victoria elati, & minus cauti, ceciderunt in ma- nus eorum: ex quibus innumera multitudine cæſa, qui ſupererant capientes, ob- truncatis naribus nouam Romam remeare permiferunt: tributum in Calabria & Apulia à Græcis extorſerunt, taliq; victoria illuſtres facti, & ſpolijs hoſtium ditati, ad Imperatorem reuerſi ſunt. Populus autem Conſtantinopolitanus à ſuis audiēs malè pugnatum, conſurrexerunt aduerſus Imperatorem ſuum, & machinatione coniugis propriæ cuiuſdam militis inſidijs occiderunt, loco domini militē in Im- perio designantes. Conſtitutus autem Rex continuò captiuos abſoluit: prællam cum magno exercitu & claris muneribus ad Imperatorē deſtinauit. Quam ipſe ſtatim filio tradidit, celebratisq; magnificè nuptijs, omnem Italiam ſuper hoc & Germaniam lætiores reddidit. Eo tempore, quo hæc intra Italiam gerebatur, ſum- mus Pontifex Wilhelmus, vir ſapiens & prudens, pius & cunctis affabilis, à patre ſibi commendatum regebat Francorum imperium. Cuius mater, licet peregrina, nobili tamen genere erat procreata. Hic cum audiſſet ægrotare cœpiſſe matrem Imperatoris, miræ ſanctitatis ſceminam, nomine Mathildam, dumq; eius expectat ſunus, proprio funere ipſius funus præcedit. De cuius laude ſi aliquid dicere cupi- mus, deſicimus: quia omne argumentum ingenioli noſtri ſuperat virtus tantæ ſcemi- næ. Quis enim dignè poſſit explicare eius vigilantiam erga cultum diuinum? om- ni nocte omnibus modis, & omni genere cellulam ſuam diuinorum carminum melodia implebat. Erat enim ei cellula Eccleſiæ proxima, in qua modicè requieſ- cebat, de qua omnibus noctibus cõſurgens intrat Eccleſiam, nihilominus cãtori- bus & cantatricibus intra cellulam & pro foribus & in via triſormiter conſtitutis, qui diuinam clementiam laudarent atq; benedicerent. Ipſa intra Eccleſiam in vi- gilij & orationibus perſeuerãs, miſſarum ſolennia expectabat: deinde inſirmos, vbicũq; audiuit, in vicino viſitauit, neceſſaria præbuit, deinde pauperib. manum portexit, hoſpites, qui ſemper aderāt, cum omni largitate ſuſcepit: neminem ſine affatu blando dimiſit, nullum ſine munuſculis ferè vel neceſſarijs adiumentis va- cuum reliquit. Sæpe viatoribus, quos longius de cella proſpexit neceſſaria tranſ- miſit. Talia opera licet valde humiliter dieb. ac noctibus exerceret, tamẽ nihil de honore regio minuebat: & ſicut ſcriptũ eſt, quamuis ſederet tanquam regina cir- cumſtante populo ſemper & vbicq; tamen erat mœrentium conſolatrix. Dome- ſticos omnes famulos & ancillas varijs artibus, litteris quoque inſtituit. Nam & i- pſa litteras nouit, quas poſt mortem regis lucidè ſatis didicit. Ergo ſi omnes virtu- tes eius velim narrare, hora deſiceret: ſacundia Homeri vel Maronis ſi a deſſet, nõ ſufficeret. Igitur plena dierum, plena omni honore, plena operib. bonis & eleemo- ſynis: cunctis diuitijs regalibus diſtributis ſeruis Dei, & ancillis, ac pauperibus 2. Id. Mart. animã Chriſto reddidit. Illo quoq; tempore Bernhardus, vt ab omni po- pulo prædicabatur, ſuis temporib. ſacerdotio digniſſimus, diem finiuit extremũ. Piam famam ſuper his nemo nos vituperet prodidiſſe, dum verò periculo nõ ſuc- cumbimus. Audiuiſus enim de quodam ſolitario, in ſpiritu neſcio an manifeſta viſione, hunc animã reginæ & Epifcopi infinitam multitudinem Angelorũ cum gloria ineffabili cælos deferre, vidiffe. Igitur Imperator audita matris & filij, cæte- rorumq; principalium virorum (nam & Gero, vir magnus & potēs, iam antea de- functus erat) morte, iudicauit ab expeditione Fraxineti abſtinere, & diſpoſitis in Italia rebus, patriam remeare. Pulſauit quoq; fama eum, quaſi pleriq; Saxonum rebellare voluiſſet: quod quia inutile erat, nec relatione dignũ arbitramur. Egref- ſus itaq; de Italia cum magna gloria, capto rege Longobardorum, ſuperatis Græ-

*Græcorũ per- ſidia.**Gũdarius Sig- fridus. Græcorum sla- des.**Conſtantine- polis noua Ro- ma. Motus Con- ſtantinopoli.**Wilhelmus Moguntinus.**Mathilda An- guſta eiusque elogium.**Litteras à ma- riti morte diſ- cit & docet. Eius mors.**Bernhardus.**Geronis mors.**Reditus Otho- nis ex Italia.*



Quedlinbur-  
ga

Merseburgi

Hermanni  
Ducis mors.

Legatio Afri-  
cana.

Mimileba

Othonis mors

Popularis  
placitus.

Otho II. pa-  
tris successor  
declaratus.

Othonis I. se-  
pultra & elo-  
gium.

Vngarorum  
eruptio.

cis victisq; Sarracenis, cum victricibus alis Galliam ingressus est, inde Germaniā  
transiturus, & proximum Pascha loco celebri Quidilingeburg celebraturus: vbi,  
diuersarum gentium multitudo conueniens, restitutum patrię cum filio cum ma-  
gno gaudio celebrant. Manens autem ibi 17. diebus non amplius, descendit inde,  
ascensionem domini apud Merseburg celebraturus. Tristis autem illa loca per-  
ambulabat, obitu optimi viri Ducis Hermanni, qui prudentiæ & iustitiæ, miræq;  
vigilantiæ in rebus ciuilib. & externis, cunctis retrò mortalibus æternam reliquit  
memoriam. Post susceptos ab Africa legatos, cum regio honore & munere visi-  
tantes, secum fecit manere. Tertia autem feria ante Pentecostē, loco deuenit, qui  
dicitur Mimileuu. Proxima nocte iuxta morem diluculo de lecto confurgens, nocte  
eternis & matutinis laudibus intererat. Post hæc paululum requieuit, qui  
inde officijs celebratis, pauperibus iuxta morem manus porrexit, paululum gulta-  
uit, iterumq; in lecto requieuit. Cùm autem hora esset, processit lectus, & hilaris ad  
mensam resedit. Peracto ministerio, vespertinis laudibus interfuit. Peracto can-  
tico Euangelij, æstuari atq; fatigari iam cœpit. Quod cùm intellexissent Principes  
circumstantes, sedili eum imposuerunt. Inclinantē autem caput, quasi iā defecis-  
set, refocillauerunt: expeditoq; sacramento diuini corporis & sanguinis, & acce-  
pto, sine gemitu cum magna tranquillitate vltimum spiritum cum diuinis officijs  
pietati creatoris omnium tradidit. Transportatur inde in cubiculum: & cùm esset  
iam serò, nunciatur populo mors eius. Populus autem pro eius laude & gratiarum  
actione multa locutus, memorauit eum paterna subiectos rexisse pietate, ab ho-  
stibus eos liberasse, superbos hostes, Auares, Sarracenos, Danos, Sclauos, armis vi-  
cisse, Italiam subiugasse, delubra Deorum in vicinis gentib. destruxisse, templami-  
nistrorumq; ordines constituisse, multaq; alia bona inuicem conferentes, regali  
funeri insitebant. Mane autem iam factò, licet iam olim vnctus esset in regem, &  
à beato Apostolico designatus in Imperatorem, spei vnice totius Ecclesię, Impera-  
toris filio, vt initio, certatim manus dabant, fidem policientes, & operam suam  
contra omnes aduersarios sacramentis militarib. confirmantes. Igitur ab integro  
ab omni populo electus in Principem, transtulit corpus patris in ciuitatem, quam  
ipse magnificè cōstruxit, vocabulo Magdaburg. Itaq; defunctus est Non. Maij  
quarta feria ante Pentecosten Imperator Romanorum, rex gentium, diuinarum  
humanarumq; rerum multa ac religiosa seculis relinquens monumenta. Huius  
anno primo, qui est à dominica incarnatione 937. Vngari Franciā & Alemaniā  
& Galliam vsq; ad Oceanum, Burgundiamq; deuantantes per Italiam  
redierunt. Monasteria S. Galli & S. Bonifacij cremantur.  
Rudolphus rex Burgundiæ & Arnoldus Dux  
Noricorum, obierunt.

WITICHINDI MONACHI BENEDICTINI DE


rebus gestis Saxonum ac Othonis, aliorumq; Imperatorum,  
libri tertij & vltimi finis.

APPEN



39

# APPENDIX DE FAMILIA ET REBUS GESTIS PALATINO- RVM SAXONIÆ, E CHRO- nico Gorecensi.



OMES Fridericus, fama referente huius nominis primus de nobilissima antiquorum Saxonum & Francorū profapia originem ducens nobilitatis gradu non inferiorē dominā Agnetem, procerum de Wimare filiam, sibi in coniugio sociavit, ex qua filios Adelbertum S. metropolitanæ ecclesiæ Bremensis Archiepiscopū, Dedonem & Fridericū, Palatinos Comites, & regalium decretorum maximos principes, filiamq; vnam

*Fridericus 1.  
Palatina Saxonia.  
Vxor Agnes  
Vimariensis li-  
beri.*

Bertham generavit. Et quoniam eadem domina Agnes, more antiquorū tam literis quā diuersarum artium disciplinis apud Quidelmsburg pulchrè fuit instructa, Albertum in Halberstadenſi ecclesia Canonicū fecit: Dedonē sub rege Henrico tertio rebus militaribus implicauit: Fridericū Abbati Fuldenſi N. nepoti scilicet suo nutriendum cōmendauit. Hi vtriq; in senectute bona defuncti, foris ecclesiam sancti Simeonis, ab ipsis in Gozeke constructam, in aquilonari videlicet plaga, vtrorumq; rogatu sepeliuntur, super quorum tumulum à successoribus suis nunc oratorium beati protomartyris Stephani constructum, conspicitur. Vbi re-  
pus luctus eorum transierat, filios, prædictos scilicet fratres, hæreditas æqualance diuidenda respiciebat. Vnde contigit, vt medietas huius montis (Goreke) pars videlicet orientalis, in qua castrum antiquissimum constructum habebatur, eis de-  
ueniret, porrò plagam occidentalem propinqui eorum obtinerent.

*Laudata ve-  
teris Nobilita-  
tis educatio.  
Albertus.  
Dedo.  
Fridericus.*

Igitur quoniam primæui cultum diuinum, quem dudum pari mente conceperant, nacti oportunitatem, ad vnguem perducere festinauerunt, vbi hunc locum monasticæ religioni aptum perspexerunt, castro subuerso, templum hoc à fundamētis erexerunt, monachicamq; vitam Burcardi Halberstadenſis Episcopi cōsilio hic instituentes, de diuersis locis quosq; perfectiores monasticæ religionis viduocauerunt, quibus singuli pro parte sua, quantum sufficere sperabant prædiorum, contulerunt. Facta autem Gorecensis cœnobij inchoatio perhibetur ante incarnationis Domini M. XLI. regnante Henrico III. anno quarto, 8. Cal. April. ea videlicet die, qua annunciatio dominica celebratur. Estq; facta in honore Domini ac saluatoris nostri Iesu Christi, eiusq; genitricis ac perpetuæ virginis, Mariæ beatiq; Michaëlis Archangeli.

*Monasterii Go-  
recensis funda-  
tio.  
Burcardus E-  
pisc. Halber-  
stad.*

Anno incarnationis domini M. XLIII. Adelbertus Episcopatum Bremensis metropolitanæ ecclesiæ adeptus fratribus suæ partis cessit iure hæreditatis, eo scilicet pacto, quatenus hic locus cum omnibus ad se pertinentibus Bremensis ecclesiæ subiaceret ditionibus.

*Albertus Ar-  
chiepisc. Bre-  
mensis.*

## PRIVILEGIUM DE FVNDATIONE GORE- CENSIS MONASTERII.

NOTVM sit omnibus tam futuris quā præsentibus Christi fidelibus, quòd ego Albertus, sanctæ Bremensis Ecclesiæ metropolitanæ Archiepiscopus, fratresq; mei Dedo & Fridericus, Palatini præsides, hoc cœnobium Gozeka, quod in nomine domini nostri Iesu Christi, & in honorem sanctissimæ Mariæ Virginis, genitricis Dei, & Beati Michaëlis Archangeli, pro remedio animarum nostrarum & patrum nostrorum vel parentum, ex patrimonio nostro construximus, cum omnibus pertinentijs suis sanctæ Ecclesiæ Bremensi tradidimus, hoc videlicet stabilimentis, & officij nostri auctoritate confirmantes, vt ordo monasticus, què secundum beati Benedicti regulam hîc institutum, futuris perpetuis temporibus inuiolabiliter conseruetur. Præterea fratres hîc seruietes, secundum Dei timorem & regulam Beati Benedicti liberam habent electionem, sed electus Bremensium

*Monast. Go-  
rec. fundato-  
res.*

*Monachi fa-  
milie Bened.*



*Aduocatus seu  
Protector.*

chiepiscopo præsentetur, & per eum huic loco proponatur. Decreuimus in super, vt quisquis in hac stirpe nostra laicus ceteris ætate prouectior fuerit, hic nostra cõstitutione huic loco aduocatus cõstituatur. Si verò euenerit, quod absit, vt talis de stirpe nostra deficiat, quæcumq; Abbas cum cõsilio fratrum ad defensionem & utilitatē loci expetierit, hunc Archiepiscopus Bremensis aduocatū cõstituet: Qui aduocatus nō quæ sua sunt, quærat, nec populū suæ tuitioni cõmissum violētè aut iniuste opprimat, sed omnia cum cõsilio Abbatis agat atq; disponat, nec extra eius voluntatē aliquid in populo præsumat. Ordinamus etiā atq; statuimus, vt in monumento & confirmationē huius deditiois, ad supplementū monachorū, hic Christo regi militantiū, quadraginta libræ argenti Frisicæ monetæ leuioris, & totidem lanei panni ex cratio Bremensis Archiepiscopi annuatim persoluantur. Vt autem hæc rata & inconuulsa permaneant per succedentem generationem, in testimonium posteris litteris iussimus commendari, & sigilli nostri impressione firmari. Testes huius rei sunt isti: Burcardus, Halberstadēsis Episcopus, Eppo, Cicēsis Episcopus, Wintherus, Mersburgenſis Episcopus, Hatolfus, Adelbertus, Suidēgerus, Adolfus. Canonici Bremenses, Dedo Marchio, & fratres eius Gero, Timo, Comites de Bren de liberis hominibus, Rudolphus de Gostilice, Fridericus de Lesnick Helinpertus de Widesendrope, Sigeboto de Stuuē: Ministeriales Bremensis, Si- becko & frater eius Gerungus & Godescalcus, Mecelinus. Dat. 3. Cal. Octob. anno incarnationis domini M. LIII. indictione III. Episcopatus domini Adelberti Archiepiscopi anno octauo. Actum Gozeka in Christi nomine feliciter. Amen.

*Diplomatis te-  
stis.*

*Dedo, Mar-  
chio Mysi.  
Timo.*

*Dedonis Pa-  
lat. cedes.*

*Moderatio.*

*Sepultura.*

*Elogium.*

*Henricus III.  
Cæs. bellum  
Vng.*

*Fridericus II.  
Dedonis suc-  
cessor.*

*Alberti Ar-  
chiepisc. Bre-  
mens. mors.  
Sacra concio  
& exorcismus*

*Gratia apud  
Cæsarem &  
virtutes.*

*Friderici II.  
erga Gozekā  
studium.*

ANNO incarnationis domini M. LVI. tertio Nonas Maij, Dedo Comes Palati- nus apud pagum Polete à quodam clerico, quem ob crimina sibi obiecta à fratre suo Adelberto, Bremensi Episcopo, custodiendum susceperat, simulato obsequio aggreditur, & in inguina, dum scandit equum, occultato ense perfoditur. Clericus verò à militibus accurrentibus cõprehensus, Palatino iam semitiuo est præsen- tatus, scilicet quasi percunctandū, qua morte foret puniendus. Vbi ab eo cõspici- tur, mirum dictu manibus extensis, oculis sursum leuatis, voce qua poterat, hæc verba beati protomartyris Stephani dixisse perhibetur: Domine Iesu Christe ip- se Spiritū meū & ne statuas illi hoc in peccatū. Quo dicto tā dictu quā rogatu ip- sius Palatini nō solū clericus nō læditur, verū liber abire permittitur. Et ille quæ hoc ordine defunctus, Imperatore Hērico Goslariæ iubere luctu & plāctu maxi- mo est tumulatus. Hic erat vir bonus & iustus, & circa cultū Dei deuotissimus. Spi- rituales qualescunq; personas ac si dominos venerabatur, cū viduarū & orpha- norū nō nisi pater diceretur. Præterea rebus militarib<sup>9</sup> aded fuit aptissimus, vt suis in tēporibus nemini videretur esse secūdus. Vnde in expeditione Vngarica per re- gē Henricū tertiu, anno incarnationis domini M. XLIII. facta, cūctis virtute milita- ri se prætulit: primus stirps suæ monarchiā Palatiij à rege promeruit. Nā eius ductu & ingenio fluuiū Raban rex trāsudauit, & tres vrbes maximas cepit, vastauit atq; succēdit. Huic etiā idem rex Hēricus Villā Scieritene, quæ ad regnū pertinuit, in proprium tradidit, quam hīc Ecclesiæ die dedicationis suæ per fratres suos profe- specialiter obtulit. Eo defuncto, quia filium legitimum non habuit, monarchiam palatiij dominns Fridericus, germanus eius, à rege suscepit.

ANNO M. LXXIII. Dominus Adelber. Archiepisc. morbo & ætate exhaustus, XII. Cal. April. Goslariæ debitū persoluit naturæ. Corpus eius in sedē episcopatus sui delatū in mediū cryptæ beatæ dei genitricis honorificè est humatū. De hoc fertur, quæ dū rex Hēricus adhuc iuuenis pascha Wormacię celebraret, inter sacrarū missa- rū solēnia, debitū tantæ solennitati sermonē faciens, dæmoniacū curauerit, suis p- eo tam suis quam totius populi, qui aderat, precibus. Ibi etiam permissioe eiused- archiepiscopi, rex primū arma bellica se succinxit. Erat enim præ ceteris principib<sup>9</sup> bus regi acceptissimus, atq; ad illius nutū regni pendebāt gubernacula. Fuit etiam vir admirandæ cõpunctionis, & præcipuè dum salutarē deo hostiam offerebat to- tus in lachrimas effluebat. Præterea fuit ore facūdissim<sup>9</sup>, corpore castissim<sup>9</sup>, deniq; vt ferebatur, virgo ab vtero matris permāsit. Dominus Frider. Comes Palat. post obitum fratrum suorum vbi superstes solus remansit, qua mentis deuotione præ cæteris



ceteris monasterium Gozeka antè respexerat, nūc voti sui cōpos effectus, indicijis evidentibus aperire studuit, deniq; tāto magis huius ecclesiæ vtilitatibus postmodò inuigilauit, quanto liberior extitit de suis ordinare quod voluit. Sed ne vel ad modicū talis deuotionis eius refrigesceret studiū, velut quoddam incitamentum, dominum Abbatem Fridericum diuinitus illi credimus adhibitū. His etenim nouellæ Vineæ domini sibi creditę omni hora sollicitè insudauit. Et quod potuit per se minus, potuit ad hæc dum palatinum exhortando indefinenter excitauit.

ANNO M. LXXV. dominus Fridericus, Comes Palatinus cum multis Saxonie Principibus regi Henrico IIII. pro perdita eius gratia absq; omni exceptione se dedit, quam rupta fide (nā benignū se exhibiturū humiliato illi iureiurando firmavit) Papiam relegauit. Vnde post annū & dimidiū, recepta regis gratia, repatriauit. Vbi dum adhuc in arctissima custodia detinetur, & non tātūm reditus, verūm eius vita desperaretur, quatenus in eo ardor dilectionis circa monasteriū Gozeka flagrauerit, lectoris discretio p̄sare poterit. Nā quodcunq; pecuniæ in vitæ subsidium de hac terra sibi transmissę, indigentia suæ subtrahere potuit (res mira) cura sui postposita, in vtilitatem huius expendit monasterij. Deniq; Bibliothecam ex integro, moralia Iob, passionale vnum & nonnullos alios codices digna pecunia comparauit, quos afinis portantibus huc deferri mandauit.

Exilium.

Captiuitas.

Pietas.

Bibliotheca.

DOMINVS Palatinus Fridericus, filiorum ductus amore, dominam Hedwigā, de Bauaria oriundam nobilissimo genere, iam dudum vxorem duxerat: ex qua filium procreauerat, quem sicut diuitiarum sic etiam nominis sui hæredem exoptauit. Vnde Fridericum nuncupauit. Cui, cūm vix pueriles annos transcendit, filiā Vdonis Marchionis de Altlebe coniugem sociauit. Hæc Adelheid fuit dicta, tam genere nobilissima, quàm forma pulcherrima.

Vxor Hedwigæ.

Frideric. III.

Adelheidis eius uxor.

Iaq; iunior Palatinus Fridericus, dum acceptæ coniugis vix annis 4. amplexibus frueretur, quadam die iuxta curtim suam, Siplice dictam more seculariū uenatione delectabatur. Militibus autem, vt fieri solet, per syluā huc atque illuc diffusis, accidit, vt iuuenis equo residēs, canes adhortādo solus insequeretur, & ecceduo fratres Theodericus & Vdalricus de Deidenlibe, & Reinhardus de Runēstiperrato impunē euaserunt. Hic quia nullam causam mortis erga eos habuit, cuius hoc flagitiū cōmissum sit consilio, nostro non patet iudicio. Sed quia digressionē uā lasciuientē, & absq; sessorē ferri cōspicientes, stupore & metu perculsi, laxis frenis, calcantibus subditis circūuolant, dominū quærunt, quē demū occisum reperpēdat animo. Igitur cadauer exanime feretro imponētes huc perduxerunt, q̄

Schiplitz.

Frideric. III. cedes.

Wernherus, Mersburgensis Episcopus, & Abbas Fridericus in Monasterio Gozeke luctu & planctu nimio cōmendauerunt. Acta sunt hæc anno domini M. LXXXV. Non. Febr. Porro in loco occisionis eius lignea crux, miræ magnitudinis perhibetur, quam prætereuntes nos quoq; vidimus, eiúsque pro requie exorauimus.

Sepultura.

Cippus.

Dv̄mista geritur, dominus Palatinus senior circa Albiā fluuiū cōmoratur: qui sinistris nūcijs excitatus, filij exequijs interesse primò disposuit: sed cōmunicatio niens memoriā eius per sex dies cōtinuos magnificè celebrauit. Præterea, vt perpetua ibi eius floreat memoria, eius pro requie non solūm vxoris & nurus suæ sed omnium propinquorū suorū assensu curtim suā, Tundorf dictā, cū omnibus pertinentijs suis in præsentia multarū vtriusq; sexus nobiliū personarū isti tradidit ecclesiæ, quam traditionē, in perpetuū quisquā infirmare præsumat, ne postmodū rogatus ipsius Palatini Imperator huius vocabuli 4. sui auctoritate priuilegij confirmauit.

Fridericus II.

Celebrat filij exequias.

Studet eius memoria.

Hv̄ivs luctus tempore trāfacto, domina Adelheid Palatina genuit filiū, quem ex nomine patris Fridericum appellauit. Nec multo post illustri viro Comiti nup̄r Ludouico. Horum extitēre filij Raspo Henricus, & genere & nomine primus Comes provincialis Ludouicus. Inter quos prædictus puer Fridericus, quousq;

Fridericus Patribus.

Ludouicus I. Landgr. Thuring.



Pythagoricæ litteræ biuium attingeret, est educatus.

Friderico II.  
in monast. Go-  
zece munificen-  
tia.

DOMINVS quoq; Palatinus Fridericus hæili orbatus pignore, & iã cõfectus senio, sine spe existens sobolis procreandæ, quod vnicũ salutis suæ arbitrabatur solatium, interioris sui hominis studium omne conuertit ad dominum. Enimvero quãdiu substitit in corpore, omnimodo profectibus Gozecẽsis inuigilauit ecclesiæ. Quod autẽ per se minus potuit, extraneos supplere summo opere prouocauit. Hortatu namq; illius quidã Retherus, de Turingia oriundus, omne patrimoniu, quod in Holtzegglicke ad se pertinuit, cum omni vtilitate huc præcariauit.

Albertus à  
Stotternheim

realis etiam quidã domini Palatini, vocabulo Amdungus, à quodã Alberto de Stoderenheim excæcatus, mās̄is 5. in Vitside & 4. M. Craunkele ab eo susceptis, est illi reconciliatus. Quem dominus Palatinus, ipso rogante, cum iisdem mās̄is Gozecensi contulit ecclesiæ. Sigfridus etiam quidã vir fortis & strenuus pro honore domini Palatini in quadã insula Albiæ fluminis paganum giganteæ magnitudinis duello triumphauit: quẽ pro recõpensatione Palatinus 3. mās̄is & dimidio in Gerenside remunerauit: qui postmodũ Palatini instigatus amore cum prædidit prædio seipsum Gozecensi tradidit ecclesiæ. Nec hoc prætermittendum æstimamus, quod Rudolphus & Hermannus de Gostilice pro quodã Eberhardo, huius ecclesiæ homine, occiso metu Palatini magnam partẽ prædiorũ & manciorũ huc cõtulerunt. Præterea Palatinus extra fratres suos 7. mās̄os in Grodestete, tres in Gidere, 4. in Greuendorp, 2. in Locstede maiori, 1. in Thuringim adhuc viuens ordinauerat, quos die sepulturæ suæ propinqui coram testibus confirmauerunt.

Frideric. II.  
mors.

ANNO domini M. LXXXVI II. Iydu eximium occubuit, quod in illo tẽpore sole clarius huic loco refulsit. Nam dominus Palatinus vir bonus & iustus, aliquandiu vi febrium fatigatus in prouincia Barboge, debitũ naturę soluit, & plenus die 6. Cal. Iun. migravit ad dominum. Hic quamdiu in corpore vixit, vnica spes Gozecensis Ecclesiæ solamen & gloria fuit. Ex quo discessit, qui pari mentis affectu hunc locum respexerit, heu post eum non surrexit. Memoranda dicemus: seculã,

Clementia.  
Eruditiõ in lit-  
teris.

ri sic vsus fuisse perhibetur potentia, vt Dei in imperio misericordiã superexaltã, iudicio magis teneros & scelestos & lenitate ac misericordia, quã seueritate iudicaria coerceret. Referunt etiam quod litterarum scientia adẽ in curia Fuldeni instructus fuerit, vt epistolas transmissas per se legeret & intelligeret, ac cappelanos in diuino officio errantes corrigeret. Itaq; corpus eius magnarum cum exequiarum gloria Gozeke perducitur, & per Abbatem Fridericum ad sinistram plagam filij sepelitur. Quorum memoria vt iugiter hĩc sit corã posita, hos verficulos tumulis eorum æstimamus ascribendos. Horum summa sub octonario numero constringitur.

Epitaphium

*Ecce Palatinus Comes & spes germinis huius,  
Filius atq; pater sunt positi pariter.  
Sub pacis specie Frideric est dictus uterq;  
Ergo mori iuuenem contigit ante patrem.  
Hic nulli nocuus est insons fraude peremptus,  
His miserens dominus det veniam petimus.  
Iulius in sextis patrem notat ille Calendis,  
In Februi nonis occidit at iuuenis.*

Fridericus Po-  
sthumus.

PALATINI Comitiss occisi filius Fridericus factus iuuenis arma succinxit. Paternæ hæreditati cũ dominari vellet vitricus ex parte matris in multis ei restitit. Præterea Comes Fridericus de Sũmerschenburg licet consanguineus eius fuerit,

Fridericus, Co-  
mes Summer-  
burgius.

Palatino Comitatu adhuc infantulũ exhæreditauit. Quẽ quia alio ingenio nõ potuit, ferro expetere disposuit, sed sano amicorũ cõsilio ab hac intẽtiõẽ se abstinuit

Frideric Po-  
sthumus cum vi-  
trico simulitas

VERVM inter se & vitricum inimicitia publica exorta, eoufq; processit, vt tam pro sui iniuria, quã pro patris interfectione duello apud Mersburg cũ appetisset, nisi Imperatoris Hẽrici auctoritas intercepisset. Sic pace inter eos reformata, sed in breui ab vtrifq; violata, iterãtur homicidia, rapinẽ & incẽdia. Vnde Palatinus hæbito cõsilio, ad regẽ se cõtulit: cuius auxilio vitricũ principẽq; Saxonie plurimũ infestauit. Siq; dẽ eo tẽpore graues inter eos excreuerãt inimicitia. Et quomodo his diebus



diebus abundauit iniquitas, Palatinus Fridericus prædijs in Tundorp ecclesiam Gozecensem priuauit: quibus Fridericum cognomento Colson inbeneficiauit. Cuius detestandi operis querimoniam Abbas Cōradus Halberstad quidem uentilauit, sed minimè perseuerans in cassum laborauit.

Palatinus quoq; Fridericus Agnetam, Hērici ducis de Lintburch filiā, vxorē duxit: ex qua duos filios, Henricū & Fridericū generauit: quibus adultis, Henricū pro spe hæredis militiæ aptauit, Fridericum uerò apud Parthenopolin Canonicę professioni associauit. Sub eodem tempore Palatinum Fridericum Comitemque Ludouicū fidelium suorum interuentus recōciliauit: ingentiq; à vitrico accepta pecunia, nonnullis prædijs & Gozecensis ecclesiæ aduocatia se Palatinus abdicauit. Idem Palatinus Fridericus internorum incisione infirmatus, per internuncios coniugem absentem exorauit, quatenus suæ pro remedio animæ, Gozecensi ecclesiæ Tundorp restituat. Sed & hoc petisse perhibetur, ut si vita decederet, patri- quidem respositus ibidem sepeliretur. Quas eius petitiones illa se expleturā tunc respondit, sed postmodum etiam audisse negauit.

Itaq; Palatinus apud Tiggelstide moritur, & Ottonis antistitis imperio, Halberstad sepelitur. Quod miro Dei actum iudicio, ut qui primus patrum suorum hic temerariu instituta, primus quoq; eorum priuaretur sepultura.

Guerranimum omne regnum tenuit, & ecclesia Gozecensis aliquandiu tum quoq; rectore caruit. Tum quidam congregationis illius præpositus, quibusdam famulis conductis, quibusdam etiam consanguinitatis affinitate se comitantibus, Abbatix huius gratia ad Bremen iter arripuit. Res penitus fratres latuit. Iam mendium ferè iter agitur, & ecce detinentur, fugantur, spoliantur, vix tandem uenudi redire merentur. Quoniam via tam praua, quam domino fuit contraria, quos ambitio eduxit nimia, non minor reduxit ignominia. Agnetis Palatinę filius Henricus puer moritur, & apud Sultze tumulatur. Vnde Fridericus frater eius germanus, de monasterio fraudulèter extractus, gladio accingitur, eiq; Frizonis Comitit filia desponsatur.

*Hactenus Chronici Gozecensis uerba: Quæ sequuntur de Friderico & Palatinatu Saxoniae primum ad Turingos deinde ad Mysnenses translato, nostra sunt, partim ex eodem Chronico Gozecensi partim ex Annalibus Turingicis concinnata.*

Ergo Fridericus deserti proteruè ordinis sani, & violati iuramenti, apud Nortbertum, Archiepi. Magdeburg, reus factus, Magdeburgum ad causam dicendam uocatur. Non poterat hominem fugere, quæ ibi expectanda sibi sententia esset. It tamen: & dum ab Nortberto ex eius temporis superstitione mirificè omnia exaggerantur, & post hanc uitæ æternarum pœnarum cruciatus denunciantur, per-suaderi ita sibi patitur, ut coniugio eiurato, iterum clerici habitum assumeret.

Cedit ergo exinde Palatinatus alienarum familiarum Principibus. In his primi WIGBERTVS & HERMANVS, Comes Winceburgensis, hostibus usque Conrado & Alberto Comitibus, quibus cum faceret Lotharius, Dux Saxonix, post Imperator, armis horum pelluntur.

Anno 1181. A Friderico Barbarossa Cæs. Palatinatum Saxonix consequitur Hermannus, Landgrafus Turingiæ. Habuit is successores Ludouicum & Henricum filios. Ludouico genitus Hermanus, adolescentulus interijt. Henrico soboles edita nulla fuit: Cumq; is Pontificem Romanum demeriturus, Imperatorem se saluari passus esset, & cum hac dignitate ea pericula, eos labores, qui mortem ei conciliârunt, attraxisset, prouinciarum eius hæreditatem ita adeunt Henricus, Marchio Mysnensis, & Henricus dux Brabantix, ut ille Turingiam cum Palatinatu Saxonix, hæc Hessiam obtineret. Ac mansit deinde Henrici posteritati utraq; ditio. Et si hodie in dignitatum illius usurpationibus ac compellationibus Palatinatus, ut & aliorum quorundam subiectorum tractuum, mentio omittitur: cum rationem insignia, quæ titulos præstant, maneat ac retineantur.

*Vxor & liberi.*

*Reconciliatio cum vitrico.*

*Morbus.*

*Mors & sepultura.*

*Ambitio eiusque pœna.*

*Henrici Palatinus, Friderici, III. religiosam uitæ genus repudiatur.*

*Ad idē retrahit familiam claudit.*

*Palatini Saxon. familiaris alienis.*

*Hermannus Landgraf. Turing.*

*Henricus, Marchio Mysn. Turingiæ & Palatinat. Sax. familia sua conciliatur.*



# HISTORIA HENRICI LEONIS, DVCIS BAVARIÆ ET SAXONIÆ,

EXCERPTA DE ANNALIBVS HELMOLDI,  
Arnoldi, & Saxon. Crancij.

*Ex Helmoldo.*

Lib 1. Ca 57  
Henricus Leo  
succedit patri  
puer.  
Gertrudis,  
Henrici  
mater.  
Adolfus II  
Comes Hol-  
satie.  
Henricus Dux  
Austrie.



**H**ENRICVS Leo (patre post expeditionem Turingicam aduersus Conradum Cæs. vita defuncto) obtinuit Ducatū Saxoniz adhuc puer infantulus. Tūc Domina Gertrudis, mater pueri, dedit Henrico de Badewid Wagirensium prouinciā, accepta ab eo pecunia, volens suscitare pressuras Adolfo Comiti, eò quòd nō diligeret eum. Postquā autem eadem Domina nupsit Henrico, fratri Conradi regis, & alienata est à negocijs ducatus, accessit Adolfus Comes ad ducem puerum, & consiliarios eius, acturus causam suam super Wagirensi terra, præualuitq; & iustiori causa & auctiori pecunia. Dissensiones ergo, quæ fuerunt inter Adolfum & Henricum, taliter compactæ sunt, vt Adolfus Sigeberg & omni Wagirorum terra potiretur, Henricus in recompensationem acciperet Rasesburg & terram Polaborum.

CAP. 63.

Bellum sacrum  
in Luticios et  
Obotritos.  
Eius Duces.

Vbi cruce signatorum exercitus tertius (fuit hoc Conradi Cæs. temporibus) se deuouit ad gentem Sclauorum, Obotritos scilicet & Luticios, vturi mortes & exterminia, quæ intulerant Christicolis, præcipuè verò Danis. Expeditionis eius capitanei fuere Albero Hamemburgensis & vniuersi Saxoniz Episcopi: præterea Henricus Dux adolescens, Conradus Dux de Zaringe, Adelbertus Marchio de Soltwedele, Conradus de Within.

CAP. 69.

Henrici nuptie.  
Victoria in  
Slauis.

In diebus illis, dux noster adolescens, dominam Clementiam, filiam Conradi, ducis de Zeringge, duxit vxorem, cœpitq; dominari in vniuersa terra Slauorū, succrescens sensim & inualecens. Quotiens enim offendissent eum Slaui, admouit eis Martiam manum, dederuntq; ei pro vita simul & patria quicquid exigere voluisset.

CAP. 71.

Expeditio Ba-  
uarica.  
Vicelinus Epi-  
scopus Alden-  
burg, inaugu-  
ratus.

In diebus illis congregauit Dux exercitum, vt abiret in Bauariam, & require-  
ret ducatum, quem vitricus suus, Henricus, frater Conradi Regis, occupauerat. Venit ergo ad eum Dominus noster Episcopus Vicelinus, Lunenburgi, rogans vt semper solebat, pro Episcopatus sui promotione. Cui Dux, Faciam, inquit, quod hortamini, si ad nos respectum habere volueritis. Ad quē Episcopus, Paratus sum, ait, propter eum qui se humiliavit propter nos, meipsum in proprietatē dare alicui de clientibus vestris, nedum vobis, cui Dominus amplio-rem inter Principes contulit magnificentiam, tam generis quā potentiz. Et his dictis fecit quod necesseitas imperabat, & suscepit episcopatum per virgam, de manu Ducis. Animo-rior autem factus Dux, ait: Quia videmus vos obedientes esse voluntati nostræ, oportet & nos sanctitati vestræ condignam gerere reuerentiam, & petitioni de cætero prouiores adesse. Sed quia nunc in procinctu sumus itineris, & ordinatio vestrę causæ prolixius tempus requirit, damus interim vobis villam Buzoë, quam petistis cum sua pertinentia Dulzaniza, vt ædificetis vobis domum in medio terrę nostræ, & præstolari possitis redditum nostrum. Tunc enim propicio Deo disponendis rebus vestris propensius instabimus. Rogauitq; Comitē Adolfum, vt huic donationi præberet assensum. Cui respondit Comes, Ex quo flexus est ad pietatē, decet nos voluntati eius occurrere, & pro posse nostro ei suffragari. Possessionem ergo quam Dominus Dux permisit Episcopo, & ego permitto. Insuper cedo de medietate decimarum, vt cedant in vsus Episcopi, non ex debito sed ex gratia vestri, eò quòd res episcopales necdum ordinatæ sint. Commisit ergo Dux custodiam terræ Slauorum atq; Nordalbingorum Comiti nostro, compositisq; rebus in Saxonia, profectus est cum militia, vt reciperet ducatum Bauariæ. Porrò dux-  
Arix,

Adolfi Hol-  
sat. emulatio  
nifcentia.



dux Domina Clementia, remansit Lunenburg, fuitq; Comes clarissimus in domino Ducis, & officiosus in obsequio Ducricis, paterq; consilij. Quamobrem venerabatur eum Principes Slavorum, maximè verò Reges Danorum, qui laborantes intestino bello, certabant eum præuenire muneribus. Kanutus enim, qui profugus exulabat apud Archiepiscopum, conflato de Saxonia conductio exercitui, reuersus est in Daniam. Et additi sunt ei omnes penè qui habitabant Iuthlandia. Hoc audito, Suein contraxit maritimas copias, transmissisq; mari, venit ad ciuitatem Wiberge, & commiserunt Reges prælium, & fusæ sunt copiae Saxonum, & ad internecionem deletæ. Kanutus fuga lapsus, venit in Saxoniam. Post modicum tempus, rursus venit in Daniam, & receptus est à Fresonibus, qui habitabant Iuthlandia, venitq; Suein, & pugnavit cum eo, debellatumq; ad Saxones fugere compulit. Cui crebro per fines Holzatorum itineranti, Comes noster beneficium præbens conductum, & cætera humanitatis officia. Regnavitq; Suein in Dania cum maxima tyrannide, maximis semper victorijs fortunatus. Slavorum futijs minus obsticit, prælijs irretitus domesticis. Fertur tamen eos in Selande strage maxima tempore quodam percussisse.

Fides & amicitias.

Motus Dani. Camitus.

Sueo.

In diebus autem, quibus Dux aberat, venit Niclotus, princeps terræ Obortorum, ad Dominam Clementiam Ducricem, Lunenburg, & conquestus est in facie eius & amicorum Ducis, quia Kycini & Circipani paulatim rebellare cœperint, & obniti tributis iuxta morem persoluendis. Et destinatus est Comes Adolfus, & populus Holzatorum & Stürmariorum, ut adiuvarent Niclotum, & cœcerent rebellionem contumacium. Abijtq; Comes cum duobus millibus & amplius electorum, Niclotus quoque contraxit exercitum de Obortis, & abierunt pariter in terram Kycinorum & Circipanorum, & peruagati sunt terram hostilem, omnia vastantes igne & gladio. Fanum quoque celeberrimum cum idolis & omni superstitione demoliti sunt. Videntes autem indigenæ, quia non essent eis vires resistendi, redemerunt se immensa pecunia, defectumque vectigalium integraverunt cum cumulo. Tunc Niclotus delectatus victoriæ, gratias Comiti retulit amplissimas, reuertentemque profecutus est ad extremitatem finium suorum, cautissimam exercitui adhibens diligentiam. Ab eo die firmata sunt amicitia inter Comitem & Niclotum, habueruntque frequentius colloquium Lubeke siue Trauenemundæ, pro commodis vtriusque terræ. Fuitque pax in terra Wagirorum, accepitque per gratiam Dei nouella plantatio sensim incrementum. Forum quoque Lubicense crescebat in singulos dies, & augebantur naues institorum eius. Dominusque Vicelinus Episcopus incolere cœpit insulam quæ dicitur Bozoë, & habitauit sub fago, quousque extruerent casas, in quibus consistere possent. Cœpit autem ibi Ecclesiam ædificare in nomine Domini, & in commemorationem Beati Petri Apostolorum Principis. Porro vntentia domus, & quæ sufficerent curandis aratris, prouidit Episcopus de Cureliana & de Faldera. Initia verò episcopatus erant in magna teneritudine, eò quòd Comes aliàs optimus, Episcopo soli fuerit mediocriter bonus.

CAP. 72.

Niclotus Obortus.

Kycini et Circipani rebelles.

Adolfus Holzator. auxiliator. ductor.

Fanum Barbaricum.

Nicloti & Adolphi amicitia.

Lubeke emporium.

Vicelinus.

Bozge insula.

Cum hæc ergo in prouincia Slavorum gererentur, Dux noster morabatur in Sueuia, intentus vitrico suo bellum, sed non valens. Ille enim adiuuabatur à rege fratre, iniustum esse perhibente, quenquam Principum duos habere ducatus. Audiens ergo Adalbertus Marchio, & alij quàm plures Principum, Ducem nostrum minimè prosperari, & veluti inter hostes conclusum, miserunt ad regem, ut quantocyus cum exercitu veniret in Saxoniam, obsecrantes Brunswig, & oppressurus amicos eius. Posuit ergo Rex custodiam per omnem Sueuiam, ne forte Dux elaboretur, ipse verò abijt Goslariam, accepturus Brunswich, & omnia castra Ducis. Instabat autem sacra natiuitas Domini. Intelligens ergo Dux consilium Regis in malum, & intercisum sibi digressum Sueuiæ, fecit denunciari omnibus amicis suis, tam liberis quàm ministerialibus, ut conuenirent ad urbem quandam acturi cum eo diem solennem. Fecitq; verba hæc diffamari, & personari in auribus vulgi. Assumptisq; tribus fidelissimis

CAP. 73.

Henricus L. frustra Bauariam ambit.

Albertus Marchio, Henrici amulus.

Henrici L. periculum.



Fuga.

viris, vespere quodam mutavit vestem, & elapsus de castro, nocturnum aggressus est iter, & transiens medias hostium insidias, quinto demum die apparuit Brunswig, & amici eius antea merore affecti, insperatam resumpserunt fiduciam. Castra vero Regis approximabant Brunswig, constituta in loco qui dicitur Heninge. Venit ergo nuncius qui diceret Regi, comparuisse Ducem in Brunswig, quo certius recognito, dissimulabat progredi, reuersusque est Goslariam, & annullata sunt ea, quae fuerant regis molimine suscepta. Et defendit se Dux de circumuentione Principum, qui insidiabantur animae eius, & obtinuit ducatum Saxoniae, succrescens & inualescens per singulos dies. Porro ducatum Bauariae requirere non poterat omnitem pore, quo Conradus rex superuixit. Quo non longe postea defuncto, successit regnum Fridericus, fratruelis eius. Conradus enim Rex plures habuit fratres, quorum primi erant, Henricus Dux Bauariae, & Fridericus Dux Sueviae, cuius filius æquiuocus positus est in regnum. Anno ergo incarnati verbi. M. C. L. I. regnavit Fridericus huius nominis primus Rex, & eleuatum est solium eius super solium regum qui fuerant ante eum diebus multis. Inualuitque sapientia & fortitudine super omnes in habitantes terram. Mater eius fuit amita Ducis nostri.

Mors.

Fridericus I.  
Conradi successor.

CAP. 74.

Hermannus Win  
ceburgici cae  
des & inde co  
tentio.Conuentus Mer  
spurgeris.Canutus &  
Sueno in gra  
tiam reducti.Malum consi  
lium.

Circa tempus dierum illorum occisus est Hermannus Comes in castro Win tzeburg, vir potens & magnarum pecuniarum, & ortae sunt contentiones inter Ducem nostrum & Marchionem Adelbertum, propter castra & facultates eius. Propter hos componendos denunciauit Rex Curiam apud Marcipolim, ciuitate Saxoniae, mandauitque Principibus solenniter adesse. Missaque legatione, Reges Danorum tumultuantes euocauit, ut decerneret inter eos, mediante iusticia. Tunc Kanutus, quem tertio Dania pulsum supra dictum est, venit ad Ducem nostrum, rogans ut eius conductu & auxilio in curia potiri mereretur. Porro Archiepiscopus conduxit Suein regem, habens inter multos religiosos & honestos viros Dominum Vicelinum, Episcopum, in comitatu suo. Et habita est curia illa celebris apud Marcipolim, ubi Principes Danorum confederati sunt, Suein coronato in regem, ceteris eidem hominibus subactis. Dissensio autem quae erat inter Ducem & Marchionem sedari non poterat, eoque quod Principes elati, Regis adhuc recentis monita par uipenderent. Persuasit ergo Archiepiscopus Vicelino Episcopo, ut inuestituram de manu regis perciperet, non fructum Ecclesiae sed odium Ducis intentans. At ille non consensit, ratus iram Ducis implacabiliter accendi. In hac enim terra, sola Ducis autoritas attenditur.

CAP. 77.

Bardewichum.  
Lubeca.Salinae Lune  
burg.Emporium Lu  
bece inhibita.Salinae Todef  
lenses.Simultas Hen  
rici L. et Adol  
fi.

CAP. 79.

Henrici L. iter  
Italicum.

Vicelini mors.

CAP. 80.

Eppo praepo  
situs Falderes.Geroldus He  
rici L. mysta.

Vna dierum allocutus est Dux Comitem Adolphum, dicens: Perlatum est ad nos iam pridem, quod ciuitas nostra Bardewich magnam diminutionem ciuium patiat propter Lubicense forum, eoque quod mercatores omnes eodem commigrent. Idem conuenerunt ij qui sunt Luneburg, quod Sulcia nostra deuorata sit propter Sulciam quam cepistis habere Thodeslo. Rogamus ergo ut detis nobis medietatem ciuitatis vestrae Lubeke, & Sulciae, possimusque tolerabilius ferre desolationem ciuitatis vestrae. Alioquin praecipimus, ne fiant mercationes de caetero in Lubike. Non enim ferendum est nobis, ut propter aliena commoda desolari patiamur hereditatem patrum nostrorum. Sed cum renueret Comes reputans incauta sibi huiusmodi ciuitatis nunc, mandauit Dux, ne de caetero haberent forum Lubike, nec esset facultas emendi siue vendendi, nisi ea tantum quae ad cibum pertinent. Et iussit mercimonia transferri Bardewich ad subleuandam ciuitatem suam. Sed & fontes Salis qui erant Thodeslo, ipso tempore obturari fecit. Et factum est uerbum istud Comiti nostro & terrae Wagirensi in offensionem, & profectuum impedimentum.

Post haec abiit Dux noster in Italiam cum Rege pro corona Imperiali. Quo absente, Vicelinus Episcopus ingrauescente morbo, diem clausit extremum. Obijt autem 2. Idus Decembris. Anno uidelicet incarnati uerbi, 1154.

Post transitum Vicelini Episcopi, fratres de Faldera recesserunt a subiectione Dominum Epponem, uirum sanctum. Porro episcopalis electio Domino Duci reueruata est. Fuit autem eo tempore Sacerdos quidam Geroldus nomine, Sueuina natus, parentibus non infamis, Capellanus Ducis, scientia diuinarum scripturarum adeo imbutus,



imbutus, ut neminem in Saxonia videretur habere parem, in corpore puerillo magnanimus, Magister scholæ in Brunefwich, & Canonicus vr̄bis eiufdē, familiaris Principi propter continentiam vitæ. Præter mundiciem enim cordis Deo cognitam, castissimus habebatur in corpore. Propositum ergo habens habitum assumendi monachicum in loco, qui dicitur Ridegeshusen sub obedientia Abbatis Conradi, ad quē ipse erat Germanus sanguis & amor. Hærebat autē in curia Ducis, corpore magis quā animo. Vbi ergo fama vulgavit Viceliū Episcopū obijisse, Domina Dux strix allocuta est Geroldum sacerdotē, Si tibi propositū est seruiendi Deo sub austeritate vitæ, assumito tibi laborē vtilem & lucrosū, & perge in Slauiā, & sta in opere, in quo fuit Vicelinus Episcopus: Hoc enim faciens, & tibi & alijs proderis. Omne bonū si in cōmune deductum fuerit, maius bonū est. Accersuit ergo Dux mina perliteras Ludolfum, præpositum de Curelina, commendatumq; sacerdotem transmisit cum eo in Wagirensē terram, eligendū in Episcopum. Accessitq; petitioni Principis, cleri plebisq; cōcors electio. Præerat tunc fortē Episcopus, qui consecraret Episcopum: ille enim Duci ab initio infensus, tunc verò amplius infidiabatur calcaneo eius, eò quòd Dux occupatus esset expeditione Italica, & cōmunita sunt aduersus eū castra Episcopi Stadhettuorden, Horeborg, Friburg, dicebatur, gratia, condixere colloquiū, euocatusq; Archiepiscopus occurrit eis in salu Bohemico. Quo postea reditū maturant. Petitus est à Ducensibus redire in Parochiā suā, exclususq; mansit toto pene anno in orientali Saxonia. Surgens ergo denburgensē episcopatū in alterā personā demutare parantē. Enimvero præpositū quēdā in partibus illis, benè erga se meritū, hoc honore remunerare decreuerat, magna quædā, sed superuacua de diuitijs huius episcopatus iactitās. Audito ergo aduentu Domini Geroldi, perturbatus est animo, cœpitq; velle irritare electionem, nec eligere nec discernere quicquā posse. At nōstri ostendere cœperūt, ratio esse opus electionis, quā perfecisset postulatio Principis, cōcordia Cleri, aptitudinatio, expedit hanc causam, cū rediero, Bremensē Capitulū. Videns ergo electus Archiepiscopū aduersantē sibi, remisit Ludolfum præpositū, & eos qui cum ipso venerant, in Wagirā, ipse verò succinctus abiit in Sueuiā, designaturus Duci per nunciū suū de statu suo. Cui Dux remandauit, ut celerius veniret in Longouia, in cursum processurus cū ipso Romā. Quo mandatis parente, in exeundo Sueuicū est. Ne his præpeditus, vir estuatis animi, profectus est itinere cœpto, pueniens que Terdonā, vbi erāt castra regis, benignè susceptus est à Duce & amicis ei⁹. Porro Rex & vniuersi Principes expugnabāt Terdonā, & obsessa est ciuitas dieb. multis. Ad vltimū capta ciuitate, fecit deponi muros eius, & adequari solo. Inde proficiscēte exercitu, fecit Dux Episcopū nostrū comitari secū in Italiā, ut offerret eū Domino Papæ. Miserūt ergo Romani legatos ad Regē in castra, qui dicerēt ei, paratū esse Senatorio more sese exhibuisset. Quo percunctante modū, quo sese exhibere deberet, illi aiebāt, Regē, propter imperiale fastigiū Romā veniētē, decet venire modestos, & diuitias gētū. Præterea oportet eū honorare vr̄bē, quæ caput orbis est, & mater Imperij, & dare Senatui quæ editis præfixa sunt, videlicet quindecim milia libras argēti, ut per hoc suscitetur animi Senat⁹ ad beneuolentiā, & exhibeāt ei honore triūphalē, & quæ electio principū Regni creauit Regē, autoritas Senatus requiritis, o viri Romani, de exinani camera nostra. Puto autē quia occasiōes queri aduersū nos, imponēdo nō imponēda, Cōsultius verò agetis, si his omissis, amici nōstros nostræ quā armorū cœperitis experimētū. At illi pertinacius instabāt, nōstros iura ciuitatis nullatenus irritāda, sed gerēdū morē Senatui, alioquin aduersū claustra vr̄bis obijciēda.

Ridageshusen.  
sum.

Geroldus Vicelinus surrogatus.

Archiepiscopus Bremensis inuidentia.

Conspiratio in Henr. L.

Malitia.

Latrocinia.

Terdonā a  
Cas. capta &  
murus nudata.

Stolida Romā  
norū legatio.



CAP. 81.  
Adriani III.  
Papa.

Oratio Bam-  
bergenfis ad  
Papam.

Arrogancia.

Criminatio  
iniquiff.  
Purgatio in-  
fliff.

Pertinacia.

Papa Apulie  
inhiat.

Henricus Leo  
pro Geroldo  
intercedit.

Inauguratio  
Erid. I.

His auditis, Rex missa legatione, per summos & honorabiles viros accersit  
Dominum Adrianum Papam in castra, propter participationem consilij. Siquidē  
Romani Papā in multis offenderant. Veniente ergo eo in castra, Rex festinus oc-  
currit, & descendenti de equo tenuit strepam, duxitq; per manum eum in tento-  
rium. Facto autem silentio, locutus est Dominus Bauembergenfis Episcopus ver-  
bum ex ore Regis & principum, dicens: Honorabilem sanctitatis tuæ præsentia,  
Apostolice Pontifex, sicut iam dudum sitienter desiderauimus, ita nunc lætanter  
fufcipimus, gratias agentes omnium bonorum largitori Deo, qui nos deduxit &  
adduxit in hunc locū, & sanctissima visitatione tua dignos fecit. Notum ergo tibi  
esse cupimus, Reuerende pater, quia omnis hæc Ecclesia de finibus orbis præter  
honorem regni collecta, adduxerunt Principem suum ad tuā beatitudinem, pro-  
uehendum ad culmen Imperialis honoris, virium nobilitate generis conspicuū,  
animi prouidentia instructum, victorijs fœlicem, præterea etiā in his quæ ad Deū  
pertinent præpollentem, obseruatorē sanæ fidei, amatorem pacis & veritatis, cul-  
torem sanctæ Ecclesiæ, super omnia verò sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quam ample-  
xatur vt matrem, nihil negligens eorum quæ ad honorem Dei, & Apostolorum  
Principis exhibenda maiorum iubet traditio. Dat huic rei credulitatem humili-  
tas nunc exhibita. Enimvero venientem te suscepit intrepidus, & applicuit sancti-  
simis vestigijs tuis, fecit ea quæ iusta sunt. Restat ergo, Domine pater, vt & tu circa  
ipsum peragas ea quæ tua sunt, vt ea quæ de plenitudine culminis Imperialis ei de-  
ba sunt, frater, quod loqueris. Dicis Principem tuum condignam Beato Petro ex-  
hibuisse reuerentiam. Sed Beatus Petrus magis videtur inhonoratus: deniq; cum  
dexteram deberet tenere strepam, tenuit sinistram. Hæc cum per interpretem re-  
gi nunciata fuissent, humiliter ait: Dicite ei, quia defectus hic non fuit deuotionis  
sed scientiæ. Non enim tenendis strepis magnopere studiū dedi: enimvero ipse,  
vt memini, primus est cui tale obsequium dependi. Cui Dominus Papa, Si quod  
facilimum fuit, propter ignorantiam neglexit, qualiter putatis expediet maxima?  
Tunc Rex aliquantisper motus, ait: Vellem melius instrui, vnde mos iste inoleue-  
rit, ex beneuolentia, an ex debito? Si ex beneuolentia, nil causari habet Dominus  
Papa, si vacillauerit obsequium, quod de arbitrio non de iure subsistit. Quod si di-  
citis, quia ex debito primæ institutionis hæc reuerentia debetur Principi Aposto-  
lorum, quid interest inter dexteram strepam & sinistram, dummodo seruetur hu-  
militas, & curuetur Princeps ad pedes summi Pontificis. Diu itaq; acriterq; dispu-  
tatum est. Postremo discesserunt ab inuicem sine osculo pacis. Timentes ergo ij,  
qui columnæ regni esse videbātur, ne forte rebus inactis, frustra laborassent, mul-  
ta persuasione euicerunt cor regis, vt Dominum Papam reuocaret in castra. Quæ  
redeuntem suscepit Rex integrato officio. Omnibus autem exhilaratis, & conuen-  
tioni adgaudentibus, dixit Dominus Papa: Adhuc superest quod facere debeat  
Princeps vester: Requirit Beato Petro Apuliam, quam Willelhelmus Siculus per-  
uim possidet. Quo facto, veniat ad nos coronandus. Responderunt Principes, di-  
centes: Diu est, quo fuimus in castris, & tu dicis, tibi Apuliam requiri, & sic demū  
ad consecrationem veniri? Dura sunt hæc, & supra vires nostras. Quin potius im-  
pleatur opus consecrationis, vt pateat nobis reditus patriæ, respiremusq; paululū  
de labore: postmodum expediti redibimus, expleturi quod nunc faciendū restat.  
Moderante ergo Deo, sub quo curuantur qui portant orbem, cessit Apostolicus,  
& assensus est postulationi Principum. Factaq; concordia assederunt in consilio,  
acturi de introitu vrbs, & cauendis insidijs Romanorū. Eo tempore accessit Dux  
noster ad dominum Papam, rogans eum pro consecratione Aldenburgenfis ele-  
cti, Qui cum modestia recusauit, dicens, libenter se facere postulata, si posset fieri  
sine iniuria Metropolitanī. Nam Dominus Hammenburgenfis Papā literis præ-  
uenerat, rogans eum abstinere huic consecrationi, quæ sibi verecunda foret.  
Cum ergo appropinquarent vrbi, misit Rex clam noctu nongentos Lorica-  
tos ad domum Beati Petri, vnā cum legatis Domini Papæ, qui perferentes manda-  
ta ad custodes, intromiserunt milites per posticum infra domum & arces. Mane  
ergo



ergo facto, venit Rex cum omni exercitu, præcedensq; Dominus Papa cum Cardinalium numero, suscepit eum ad gradus, & intrâtes domum beati Petri, aggressi sunt opus consecrationis. Porrò miles armatus stabat circa templum & ædem, obseruans Regem quousq; consummarentur mysteria. Postquam autem perfectum est in eo opus Auguste dignitatis egressus est muros vrbis, & miles lassitudine grauis, cibo refectus est. Interprandendû, Lateranenses facta eruptione, transfessi sunt Tyberim, & primum quidem castra Ducis quæ muris erant contigua, turbauerunt, vociferansq; exercitus de castris proruit ad obstitendum. Et factum est bellum potens in illa die. Illic Dux noster fortiter dimicauit in capite, Romanen Ducis super omnes, qui erant in exercitu. Volens ergo dominus Papa honorare eum, transmisit ei munera, præcepitq; nuncio, dicens: Dic ei quia crastina, si Dominus voluerit, electum eius consecrabo, Et lætatus est Dux de promissione. Mane ergo facto, fecit Dominus Papa publicam solennitatem, & consecrauit nobis Episcopum cum magna gloria.

*Seditiosa Romanorum eruptio. Henrici I. fortitudo bellica.*

*Geroldus à Papa inauguratus.*

CAP. 83.  
*Frisi Rustri.*

Dux offensus Fresonibus, qui dicuntur Rustri, venit Bremam Calendis Nouembris, & fecit comprehendi quotquot ad forum venerant, & substantias eorû diripi. Interrogatus autem à Duce Præsul noster, qualiter susceptus fuerit ab Archiepiscopo, locutus est bona de eo, & studuit lenire animum eius circa Episcopû. Inueterata enim inimicitia, quæ dudum fuerant inter eos, eo tempore inuenerunt locum grassandi, eò quòd Archiepiscopus omisisset Italicam protectionem, transfessor iuramenti, essetq; reus maiestatis. Vnde etiã Legatus Imperatoris veniens Bremam occupauit omnes curtes episcopales, & quæcûq; reperisset addidit fisci vrbibus. Idem factum est Othelrico Halberstatensi Episcopo. Redeuntem ergo Ducem Brunswig profecutus est noster Episcopus, & egit cum eo festû Natalis Domini.

*Archiepisc. Bremens.*

*Othelricus Halberstad.*

CAP. 84.  
*Conuentus Erthenburg.*

Post hæc abiit Episcopus noster Geroldus ad Ducem propter colloquiû provinciale, quod laudatû fuerat Erthenenburg, & euocati venerunt illuc Reguli Slavos de Christianitate. Tunc adhortante Episcopo, Dux habuit verbû ad Slavos in cælis est, Deus tuus, esto tu Deus noster, & sufficit nobis. Excole tu illum, porro nos te excolemus. Et corripuit eum Dux de verbo blasphemia. De promotione verò episcopatus & Ecclesie, nihil amplius eo tempore actum est, eò quòd nunc Redeuntem ergo Ducem Brunswig profecutus est, & mansit apud eum diebus multis. Dixitq; ad Ducem: Ecce iam toto anno in curia vestra sum, & sic vobis oneri, Geroldus aule pertaxus. In Wagiram quoq; veniens, non habeo quod manducem. Cur ergo imposuistis mihi onus nominis huius vel officij? Melius mihi multo fuit antea quàm nunc. His provocatus Dux, accersiuit Comitem Adolphum, & habuit cum eo rationem de trecentis mansis, qui oblati fuerant in dotem Episcopi. Tunc designauit Comes prædio in possessionem, Vthinæ & Gamalæ, cum appenditijs eorum. Insuper prædio quod dicitur Bozoë, adiecit duas villas Cothefuelde & Wobitze. In Alciat prædia hæc, quod defuerit de trecentis mansis, ego supplebo, quod superfuerit, mecum erit. Veniens ergo Episcopus, vidit possessionem, & habita inquisitionem colonis, deprehendit prædia hæc vix centum mansos continere. Quam ob præterea paludes, & nemora funiculo mensus est. Et ita fecit maximum agrorum numerum. Perlata ergo causa ad Ducem, adjudicauit Dux Episcopo dari mensuram iuxta morem terræ huius, nec mensurandas paludes aut sylvas robustiores.

*Profligata impietas.*

*Geroldus aule pertaxus.*

*Adolf. Holfat.*

*Munificentia in Episcopum.*

CAP. 85.  
*Danorum motus intestini.*

DANI semper bellis laborantes domesticis, ad forinseca bella nullam habuerunt virtutem. Nam Suein Danorum Rex, & victoriarum prosperis successibus, & Cæsaris autoritate firmatus in regnum, gēte sua crudeliter abusus est, propter quod vlciscente Deo, nouissima eius infœlici exitu conclusa sunt. Videns autem Kanutus emulus eius, murmur populi aduersus Suein, misit & vocauit Waldemarum,

*Kanutus.*



qui fuit patruelis & adiutor Suein, & sociavit eum sibi, data ei sorore in coniugio.  
 Certior ergo factus de auxilio eius, innouavit aduersus Suein consilia mala. Cum  
 ergo esset Suein Rex in Seland, venerunt improuisi cum exercitu Kanutus & Wal-  
 demarus, ut debellarent eum. Ille ergo propter crudelitatem suam desertus ab o-  
 mnibus, quia non habuit vires configendi, cum vxore & familia fugit ad mare, &  
 transfretauit in Aldenburg. Quo recognito, Comes Adolfus vehementer exti-  
 muit, virum scilicet potentissimum, cuius frenum in maxillis populorum omnium Bo-  
 realiū nationū, repente deiectum. Cupienti ergo transire per terram suam multa  
 exhibuit Comes humanitatē, diuertitq; in Saxoniā ad socerum suū Conradū Mar-  
 chionem de Within, & mansit illic annis ferē duobus. In tempore illo dux noster  
 Henricus adiit Curiam Ratisbonæ ad recipiendum ducatum Bauariæ. Siquidem  
 Frethericus Cæsar eundem ducatum patruo suo abstulit, & reddidit duci nostro,  
 eò quòd fidelem eum in Italica expeditione, & cæteris negocijs regni persense-  
 rit. Et creatum est ei nomen nouum, Henricus Leo, Dux Bauariæ & Saxonie. Per-  
 actis ergo rebus ad votum, ducem curia redeuntem adierunt Principes Saxonie,  
 interpellantes, ut fieret Suein auxilio, & reduceret eum in regnum suum. Promi-  
 sitq; Duci Suein pecuniam immensam. Collecta ergo maxima militia, dux noster  
 hyemali tempore reduxit Suein in Daniā, & statim apertæ sunt ei ciuitates Sles-  
 wich & Ripa. Non tamē vltra prosperari poterant in negocio. Nam Suein gloria  
 tus sæpissimè apud Ducem, quia venientem se cum exercitu Dani vltro essent ex-  
 cepturi. Quod iuxta sententiam eius minimè cessit. Nullus enim in tota Danorum  
 terra fuit, qui reciperet eum, aut occurreret illi. Sentiens ergo ille, refragari sibi  
 fortunam, & omnes refugere a se, dixit ad ducem: Cassus est labor noster, me-  
 lius est, ut redeamus. Quid enim prodest, si vastauerimus terrā, & spoliauerimus  
 innocentes? Volentibus nobis cum hostibus configere, locus non est, eò quòd  
 profugiant à nobis, & trāseant ad interiora maris. Acceptis ergo obsidibus dua-  
 rum ciuitatum, exierunt Dania. Tunc Suein aliā via & consilio vtens, statuit  
 transire ad Slauos, & vtens diuersorio Comitis Lubeke, transijt ad Niclotū Prin-  
 cipem Obotritorum, ut adiuuarent Suein. Acceptisq; nauibus paucis, venit pa-  
 cificus Lalande, & inuenit eos gratulantes de introitu ipsius, eò quòd ab initio  
 fuerint ei fideles. Inde transijt in Feoniam, & addidit eam sibi. Dehinc proce-  
 dens in reliquas insulas minores, donis atq; promissis addidit sibi quamplurimas,  
 cauens insidias, & contutans se in locis firmissimis. His ergo recognitis, Kanutus,  
 atq; Waldemarus venerunt cum exercitu, ut expugnarent Suein, & eiecerent  
 eum de terra. At ille confederat in Lalande, paratus ad resistendum, simul etiam  
 adiutus firmitate locorum. Mediante Domino Helia Pontifice de Ripa, & Principi-  
 pibus vtriusq; partis, discordiæ ad pacem inclinatæ sunt, & diuisum est regnum  
 in tres partes, Et data est Waldemaro Iuthlande, Kanuto Seland, Suein Scone.  
 quæ viris & armis præstantior esse probatur. Cæteras insulas minores partiti  
 sunt cuilibet pro sua opportunitate. Et ne pactiones irritarentur, iuramento  
 conuiuuium maximum in Selande, in ciuitate quæ dicitur Roschilde, & inuita-  
 uerunt cognatum suum Suein, ut exhiberent ei honorem & recreationem, &  
 consolarentur eum super omnibus malis, quæ irrogauerunt ei in die hostis &  
 belli. At ille pro ingenita sibi crudelitate, vbi conuiuio assedit, & vidit reges  
 conuiuas impuidos, & omni suspicione vacuos, cœpit rimari aptum insidij  
 locum. Tertia ergo die conuiuij, cum iam tenebræ noctis adessent, annuen-  
 te Suein, allati sunt gladij, & insipientes regibus incautis, Kanutum repen-  
 tē confodiunt. At vbi percussor leuauit ictum in caput Waldemari, ille fortius  
 exiliens, lumen excussit, & saluante Deo, in tenebris elapsus est, vno tan-  
 tum vulnere saucius. Fugiens ergo in Iuthlande, vniuersam commouit Da-  
 niā. Tunc Suein contraxit exercitum de Selande, & insulis maris, & trans-  
 fretauit in Iuthlande, ut expugnaret Waldemarum. At ille producto exercitu,  
 occurrit ei in manu valida, & commissum est præliū nō longe à Wiberge, & occisus  
 est Suein in die illa, & omnes viri eius pariter, & obtinuit Waldemarus regnum  
 Danorum,

Sueno.  
Waldemarus.

Tyrannidis  
pena.  
Adolfus Hol-  
sat.

Conradus We-  
tinenfis socer  
Suenonis.  
Henricus L. Ba-  
uariam recu-  
perat.

Suenonē exu-  
lem restituere  
frustra cona-  
tur.  
Pietas in pa-  
triam.  
Slesuicum.  
Ripa.

Sueno auxi-  
liis Slauicis  
bellum reno-  
uat.

Niclotus  
Lalande  
Feonia

Kanutus.  
Waldemarus

Elias, Episco-  
pus Ripensis.  
Pacificatio,  
& regni Da-  
nici diuisio.

Roschilde.

Suenonis per-  
fidia.

Kaniticades.

Waldemarus  
elapsus arma  
capit.

Sueno in præ-  
lio casus  
Waldemarus  
rex pacificus.



Danorū, & factus est moderator pacis, & filius pacis. Et cessauerunt intestina prælia, quibus multis annis laborauerat Dania. Et cōposuit amicitia cū Comite Adolfo, & honorauit eum, secundum quod reges fecerunt, qui ante eum fuerunt.

In diebus illis Lubicensis ciuitas consumpta est incendio, & miserunt institutores & cæteri habitatores vr̄bis ad Ducem dicentes, Diu est, ex quo inhibitum est forum Lubike, auctoritate iussionis vestræ. Nos autem hæcenus detenti sumus in ciuitate hac, spe recuperandi fori, in beneplacito gratiæ vestræ: sed nec ædificia nostra, multo sumptu elaborata, nos abire sinebant. Nunc verò cōsumptis domibus, superuacuum est reædificare in loco, vbi nō finitur esse forū. Da ergo nobis locū construendi ciuitatē, in loco qui tibi placuerit. Rogauit ergo Dux Comitē Adolfum, vt permitteret sibi portum & insulam Lubike. Quod ille facere noluit. Tunc ædificauit Dux ciuitatem nouam super flumen Wochenicze, non longe à Lubike, in terra Racesburg, cœpitq; ædificare & communire. Et appellauit ciuitatē de suo nomine Lawenstad, quod dicitur, Leonis ciuitas. Sed cū locus ille minus esset idoneus & portu & munimento, nec posset adiri, nisi nauibus paruis, Dux iterato sermone cœpit conuenire Comitem Adolfum super insula Lubicensi & portu, multa spondens, si voluntati suæ paruisset. Tandem victus Comes, fecit quod necessitas imperabat, & resignauit ei castrū & insulam. Et tunc iubente Duce, reuersi sunt mercatores cum gaudio, desertis incommoditatibus nouæ ciuitatis, & cœperunt reædificare ecclesias & mœnia ciuitatis. Et transmisit Dux nuncios ad pacem, vt regna aquilonis, Daniam, Suediam, Norwegiā, Rugiam, offerens eis vt haberent liberum comeatum ad eundem ciuitatem suam Lubeke. Et statutum est opus ciuitatis, & multiplicatus est numerus accolarum eius.

His sermē diebus accersuit fortissimus Cæsar Frethericus omnes Principes Saxoniarū, in obsidionem Mediolanensis ciuitatis. Opus ergo fuit Ducem nostrū negocijs publicæ rei solenniter adesse. Quapropter cœpit sopire discordias, quæ erant intra ducatum, sapienter præcauēs, ne tumultus aliquis cōsurgeret in Principum cæterorumq; nobiliū absentia. Trāsmisissis autem nuncijs, vocauit Regem Danorū Waldemarum, ad colloquiū, & iunxit cum eo amicitias. Et rogauit Rex Ducem, vt faceret sibi pacē de Slauis, qui sine intermissione vastabant regnū eius, & pactus est ei ampliū quā mille Marcas argenti. Quamobrem præcepit Dux Slauos in præsentia suam venire, Nicolotū scilicet & cæteros, & adstrinxit eos precepto & iuramento, vt seruarent pacē tam Danis quā Saxonibus vsque ad reditum suum. Et vt pactiones ratæ essent, iussit omnes piraticas naues Sclauorū pernici Lubike, & nuncio suo præsentari. At illi propter solitæ temeritatis ausum, & vicinitatē Italicę expeditionis, paucas admodū naues, & easdē vetustissimas obtulerunt, ijs quæ bello aptæ erant, callidē retētis. Igitur Comes per manū seniorū terræ Wagirensis, Marchradum scilicet & Hornonem, cōuenit Nicolotū, & exegit ab eo cum beneuolentia, vt fidē terræ suæ exhiberet illibatā. Quod ille fide digna cōpleuit. In hunc modū rebus cōpositis, profectus est Dux in Longobardiā cum milite, vt aiunt, lorice, habēs in comitatu suo Adolfum Comitē, & multos nobiles Bardicūq; Saxoniarū. Et peruenerūt ad exercitū Regis, qui obsederat præsidium, quod dicitur Crumna, pertinens ad Mediolanenses, munitū valde. Et morati sunt toto penē anno in expugnatione præsidij, feceruntq; machinas multas & ignium iaculationes. Nouissimē expugnato præsidio, Cæsar conuertit exercitū ad Mediolanum. Dux verò accepta licentia, reuersus est in Saxoniam. At Comes Adolfus, rogatus iuit in Angliam, cum cognato suo Domino Reinoldo, Coloniensi electo, qui functus est legatione publica ad Regē Anglorū. Et cōtristati sunt tam Clerus quā Aldenburg & Mickilnburg, cōpotes sui propter absentiam Principū violauerūt pacem in terra Danorū: fuitq; terra nostra in tremore à facie Regis Danorū. At no ster Episcopus Geroldus, tum per se tum per nūcios iram Regis mitigare studuit, inducijs tēpus redimens vsq; ad aduentum Ducis & Principum. Redēunte ergo Duce & Comite, præfixum est colloquium prouinciale omnibus Marcomānis,

CAP. 86.

Incēdium Lubicensē.

Lubeca distictis Adolphi.

LeWenstad.

Lubeca Henrico L. promissa instituta.

CAP. 87.

Saxones ad obsidionē Mediolanensem euocati.

Henrici L. & Waldemari colloquium.

Fraus hostilis

Nicoloti fides.

Henrici expeditione Italica.

Adolfus Holstat.

Crumna

Henrici L. in Germaniam reditus.

Adolphi legatio Anglica.

Reinoldus Coloniensis.

Mickilnburg. Slani Daniā vexant.

Geroldus.

Marcomanni



Waldemar  
Rex Dan.

Slauipro-  
scri-  
pti.

Lubece fru-  
stra tentata.

CAP. 88.

Henrici L. ex-  
peditione in Sla-  
uos.

Niclotus sua  
vastat.

Pribislaus &  
Wertislaus Ni-  
cloti F. F.

Nicloti caedes.

Suerinum.  
Guncelinus.

Nicloti filii  
Henrico recon-  
ciliati.

Henricus de  
Schaten.

Colonia Flan-  
drorum in Obo-  
tritis.

Berno, Episco-  
pus Meval-  
burg.

Inauguratio  
Episcoporum in  
Slauiis Henri-  
co L. permiffa

tam Teutonicis quam Slauis, in loco qui dicitur Berenuordæ. Rex quoque Danorum Waldemar venit usque ad Ertheneburg, & conquestus est Duci omnia mala, que intulerant sibi Slauiproscriptores mandati publici. Et timuerunt Slaui venire in presentiam Ducis, eo quod culpæ suæ essent conscij. Et dedit eos Dux in proscriptionem, & fecit omnes suos paratos esse ad expeditionem tempore messis. Tunc Niclotus videns animum Ducis contra se fixum in malum, proposuit primum irrumperelubeke, & misit filios suos eum cum insidijs. Eo autem tempore habitauit Lubeke sacerdos quidam venerabilis nomine Athelo, huius domus vicina erat ponti, qui transmittit flumen Wochenice versus Austrum. Is forte parari fecerat fossam longissimam ad conducendum riuum, qui erat longiusculè. Insidie ergo Slauorum festinantes ut præriperent pontem, impediti sunt fossa: passiq; sunt errorem in quærendo transitu. Quod videntes ijs qui erant de domo sacerdotis, clamauerunt voce validiori, & cõterritus sacerdos, occurrit valenter ex aduerso. Exercitus verò iã erat in medio pontis, & portã penè apprehederat, sed celerrimè missus à Deo sacerdos pontem de catena leuauit, & in hunc modum exclusa sunt latenter subinducta pericula. Quo audito, Dux posuit illic custodiam militum. Quo post hæc intrauit Dux Henricus terram Slauorum in manu valida, & vastauit eam igne & gladio. Et videns Niclotus virtutem Ducis, succendit omnia castra sua, videlicet Ilowe, Mikilinburg, Zuerin & Dobin, præcauens obsidionis periculũ. Vnum solum castrũ sibi retinuit Wurle, situm iuxta flumen Warnou, prope terram Kicine. Inde exhibat per singulos dies, & explorabat exercitũ Ducis & percutiebant de insidijs incautos. Vna ergo dierũ, dum exercitus moraretur prope Mikilinburg, egressi sunt ad nocendum filij Nicloti, Pribislaus & Wertislaus, & percusserunt quosdam de castris, qui exierant ad frumentandum. Quos insectio fortiores de exercitu, comprehenderunt multos eorum, fecitq; Dux eas suspensio affici. Filij autẽ Nicloti, amissis equis & viris melioribus, venerunt ad patrẽ. Quibus ille dixit: Ego quidem æstimabam me viros enutrisse, sed isti mulieribus fugaciores sunt. Egrediar ergo ipse, & experiar si fortè maiora promouere possim. Et exijt cũ electorum numero, & collocauit insidias in latibulis prope exercitum. Porro ruerunt pueri de castris ad conquirendum pabulum, & venerunt prope insidias. Porro milites venerant intermixti seruis numero quasi sexaginta, omnes induti lorice sub veste intrinsecus. Quod non aduertens Niclotus, equo velocissimo percussus est inter eos, conatus quendam perfigere. Sed lancea pertingens ad lorice, castroictu, resiliit. Volens ergo ad suos reuerti, circumuẽtus subito atq; trucidatus est, nemine suorum ipsi præsidium ferente. Caput eius recognitũ, in castra perlatum est, non sine admiratione multorum quod tantus vir, tradente Deo, de omnibus suis solus ceciderit. Tunc filij eius, audita morte patris, succenderunt Wurle, & occulauerunt se in nemoribus, familias verò suas trãstulerunt ad naues. Dux ergo demolitus omnẽ terrã, cœpit ædificare Zuerin, & cõmunire castrũ. Et imposuit ille nobilem quendam Guncelinum, virum bellicosum cum initia. Porro terrã filij Nicloti in gratiam Ducis, & dedit eis Dux Wurle, & omnẽ terrã. Porro terrã Obotritorum diuisit militibus suis possidendã. Et collocauit in castro Cuscin Ludolfum quendam, Aduocatum de Brunshwig. Apud Melicon fecit esse Ludolfum de Paina. Zuerin & Ilinburg Guncelino commendauit. Porro Mikilinburg dedit Hẽrico cuidã nobili de Scathen, qui etiam de Flandria adduxit multitudinẽ populorum, & collocauit eos Mikilinburg, & in omnibus terminis eius. Et posuit Dux Episcopũ in terra Obotritorum Dominũ Bernonẽ, qui defuncto Emmehardo, Magnopolitanẽ præfedit Ecclesiã. Porro Magnopolis ipsa est Mikelẽburg. Et scripsit in dotẽ Magnopolitanẽ Ecclesiã trecetos m̃asos, sicut antea fecerat Racelburgensũ & Aldẽburgensũ Ecclesiã. Et facta postulatione, obtinuit apud Cesarẽ auctoritatem, episcopatus suscitare, dare, & cõfirmare in omni terra Slauorum, quã vel ipse vel progenitores sui subiugauerint in clypeo suo & iure belli. Quamobrẽ vocauit Dominũ Geroldũ Aldẽburgensẽ, Dominũ Euermodũ Racisburgensẽ, Dominũ Bernonem Magnopolitanum, ut reciperet ab eo dignitates suas, & applicarentur ei per hominij exhibitionem, sicut mos est fieri Imperatori. Qui licet hanc impositionem



impositionem difficillimam iudicarent, cefferunt tamen propter eum, qui se humiliavit propter nos, & ne nouella ecclesia caperet detrimentum. Et dedit eis Dux priuilegia de possessionibus, & de redditibus, & de iusticijs. Et precepit Dux Slauis, qui remanserant in terra Wagirorū, Polaborum, Obotritorū, Kycinorum, vt soluerent redditus Episcopales, qui soluuntur apud Polanos atq; Pomeranos, hoc est, de aratro tres modios filiginis, & duodecim nummos monetæ publicæ. Modius autem Slauorū, vocatur lingua eorum Curitze. Porrò Slauicū aratrū perficitur duobus bobus & totidē equis. Et auctæ sunt decimationes in terra Slauorū, eo quod cōfluere de terris suis homines Teutonici ad incolendā terrā spaciosam, fertilē

*Coloni Germani in Slauorū finibus.*

**CIRCA** id temporis rogauit Dominus Geroldus Episcopus Ducē, vt sedes cathedralis, quæ antiquitus erat Aldenburg, transferretur Lubeke, eò quod ciuitas hæc esset populosior, & locus munitior, & omni prorsus aptitudine commodior. Quod cum placuisset Duci, condixerunt diem, quo venirent Lubeke, ordinaturi de statu Ecclesiæ & Episcopatus. Et designauit Dux locū in quo fundari deberet Oratoriū, in titulū Matricularis ecclesiæ, & areas claustrales, & statuerunt illic præbendas duodecim Clericorū canonicè viuentiū. Porrò tertiadecima præpositi est. Et dedit Episcopus in stipēdia decimas quasdā & tātūm de redditibus, quos soluit Slauia, quantū præbendis sufficeret perficiēdis. Et designauit Comes Adolfus villos opportunas prope Lubeke, quas statim Dux obtulit in vsum fratrum, & de telopta sunt, & in Lubicensi continentur Ecclesia. Et posuerunt illic præpositum, Dominum Ethelonem.

**CAP. 90.**  
*Episcopus Aldeburgensis Lubicam transfatus.*

**IN** circulo dierū istorū, defuncto Adriano Papa, ortū est schisma in Ecclesia Dei inter Alexandrū, qui & Rolandus, & Victorē, qui est Octavianus. Cum ergo Cæsar expugnaret Mediolanū, venit ad eum victor in castra, quæ erant apud Papiam & recepit eū. Adunatoq; concilio, receperunt eum Remoldus Colonienſis, & Coradus Mogūtinus electi, & omnes quos imperialis aut timor aut fauor agebat. Porro Alexandrum recepit Hierosolymitana ecclesia & Antiochena, præterea omnis Francia, Anglia, Hispania, Dania, & omnia regna quæ sunt vbiq; terrarū. Insuper Cisterciensis ordo eidem vniuersus accesserat, in quo sunt Archiepiscopi, & Episcopi quàm plures & Abbates amplius quam septingenti, & Monachorum inæstimabilis numerus. Hi singulis annis celebrant concilium apud Cisterciū, & decernunt ea quæ vtilia sunt. Horum inuincibilis sententia vel maximas vires addidit Alexandro. Quam obrem iratus Cæsar, proposuit edictum, vt omnes Monachi Cisterciensis ordinis, qui consistebant in regno suo, aut victori subscriberent, aut relictis sedibus suis, transfugere in Franciam. Pontifices etiam quam plures, sancti & insignes, in Longobardia, & in vniuerso regno, principis violentia sedibus suis pulsī, & alij superpositi sunt in locum illorum. Postquam ergo transierunt obsidionis quinq; vel eo amplius anni, Cæsar obtinuit Mediolanum, & ciecit habitatores eius ex illa, & destruxit omnes tures eius excelsas, & muros ciuitatis adæquauit solo: & posuit eam in solitudine. Tunc eleuatum est cor eius nimis, & timuerunt omnia regna terrarum ad famam nominis eius. Et misit ad Regem Franciæ Ludouicum, vt occurreret sibi ad colloquium apud Laonam, quæ est in terra Burgundiorum, iuxta Ararim fluium ad redintegrandum vnitatem Ecclesiæ. Et annuit Rex Franciæ. Præterea misit nuncios ad regem Daniæ, & ad regem Vngariæ, & ad regem Boëmiæ, vt venirent ad constitutum diem, in super omnibus Archiepiscopis & Episcopis & summis potestatibus regni sui, & religiosis quibusq; solenniter adesse mandauit. Grandis ergo expectatio erat vniuersorum, ad tam celebrem ciuitatem, quo vterq; Papa & tanti terrarū Reges conuenturi ferebantur. Tunc abierunt simul Waldemarum cum Episcopis Daniæ, Hartwichus Archiepiscopus, Geroldus Episcopus, & Comes Adolfus, cum multis Saxoniarū nobilibus, ad præfixū colloquij locū. Dux verò positus in Bauaria, alia via venerat. Ludouicus ergo Rex Franciæ, cuius præcipuè expectabatur aduentus, vbi intellexit Cæsarem appropri-

**CAP. 91.**  
*Schisma è Pōtifice Romano contentionē.*

*Cæsar propugnat Victorē Alexandri factio.*

*Cisterciensis familie potentia.*

*Exilium.*

*Mediolani obsidio quinque nalis.*

*Excidium.*

*E victoria insolentia.*

*Cæsar schisma titollendo studet.*



Gallus Pila-  
rum agit.

Calumniā.

Henricus L.

CAP. 93.

Pribizlaus  
& Wertis-  
laus student  
rebus nouis.  
Guncelinus de  
Suerin.

Henrici L. ex  
peditio in Sla-  
uos

Wertislaus  
Wurle obfess.

Machina bel-  
lica.

Wertislaus  
vulneratus.

Adolfus Hol.

Holsati perui-  
caces.

Pribizlaus  
frumentatores  
cadit.

Adolfus Wer-  
tislao deditio-  
nis auctor.

Intercedit pro  
Wertislao.

re cum exercitu & armis multis, dubitauit occurrere illi. Sed propter fidem sacra-  
mentorū, venit ad locum placiti constituto die, hoc est, in decollatione Iohannis  
Baptistæ, & exhibuit se in pōtis medio ab hora tertia vsq; in horā nonā. Porro Cę-  
sar necdū venerat. Quod Rex Frāciæ accipiens pro omine, lauit manus suas in flu-  
mine ob testimoniū, quasi qui fidē pollicitā reddiderit, & digrediēs inde abiit ip-  
so vespere Duonā. Veniēs ergo noctu Cęsar, intellexit Regē Frācię discessisse, &  
misit honorabiles psonas denuò accersere eū. Sed ille nulla ratione vacare potuit,  
gratulās se fidē soluisse, & suspectā Cęsarīs manū euasisse. Ferebatur enim à multis,  
q; Cęsar eū circūuenire voluerit, & ppter hoc cōtra pactiōnū tenorē armatus ad-  
uenerit. Sed ars arte delusa est. Frācigenæ enim ingenio altiores, q; armis & virib; 10  
impossibile videbatur, cōsilio euicerūt. Tūc Cęsar vehemēter irrat, secessit à cu-  
ria, intētās Frācigenis bellū. Alexād. Papa cōfortatus ab eo tēpore magis inualuit.  
Hēricus Dux declinauit in Bauariā. Et cōpositis illic rebus, reuersus est in Saxoniā.  
Filiū Nicloti Pribizlaus atq; Wertislaus, non cōtenti terra Kycinorū & Cit-  
cipanorum, aspirabant ad acquirendam terram Obobritorū, quæ Dux eis abstule-  
rat iure belli. Quorum insidijs recognitis Guncelinus de Zuerin, prefectus terræ  
Obobritorū, intimauit Duci. At ille posuit eos rursus in indignationē & irā, & ve-  
nit cū exercitu graui in terrā Slauorū hyemali tēpore. Porro illi cōfederant in vrbe  
Wurle, & munerūt castrū cōtra obsidionis impetū. Et præmisit Dux Gūcelinum  
& fortissimū quēq; vt præocuparent obsidionē, ne forrē elaberentur Slauī. Ipse 12  
verò quanto cyus secutus est cū reliquo exercitu. Et obfessa est munitio, in qua fuit  
Wertislaus filius Nicloti, & multi nobiliū, in super vulgus promiscuum multū val-  
de. At Pribizlaus senior natu, cū numero equitū transierat in abdita nemorū, per-  
cussurus de insidijs incautos. Et gauisus est Dux gaudio, eò quòd Slauī obfirma-  
tis animis expectauerunt eū in munitioe, & præbita sit ei facultas obtinendi eos.  
Et dixit ad iuniores de exercitu, quos præliandi stulta cupido incitabant hostē pro-  
uocare, & suscitare Bathalias: Quare, quod supernacuū est, acceditis ad portas vr-  
bis, & struitis pericula vobismetipsis: Frustratorij sunt huiuscemodi congressus,  
atq; ruinosi. Quin potius cōsistite in tabernaculis vestris, & habete custodiā obli-  
dionis, ne quis elebatur. Nostri verò studij erit, per Dei gratiā, vt sine tumultu & si 14  
ne strage vrbe potiamini. Et statim præcepit ex abūdanti nemore ligna cōduci, &  
aptari bellica instrumenta, qualia viderat facta Crimæ siue Mediolani. Fecitq;  
machinas efficacissimas, vnā tabulatis cōpactā ad perfringēdos muros, alterā ve-  
rò quæ excelsior erat, & in turris modū erecta, super exultauit castro, ad dirigēdas  
sagittas, & ad abigēdos eos qui stabāt in ppugnaculis. A die em̄ qua erecta est hæc  
fabrica, nemo Slauorū ausus est, pferre caput, aut apparere de porpugnaculis. Ipso  
tēpore Wertislaus grauius vulneratus est de sagitta. Quadā verò die perlatū est  
ad Ducē, q; Pribizlaus cū turma equitū apparuerit nō lōgē à castris. Ad quē requi-  
rendū trāsmittit Adolfū Comitē cū electa iuuenū manu, q; tota die paludes & ne-  
mora oberrātes, neminē inuenerūt, delusi à ductore, q; maiorē hosti quam nostris 16  
mora oberrātes, neminē inuenerūt, delusi à ductore, q; maiorē hosti quam nostris  
tib. fauorē accōmodauerat. Præceperat autē Dux pabulatoribus, ne quoq; exiret  
eo die, ne fortē in hostē inciderēt. At Holzatorū quidā, vt sunt ceruicosi, nō cura-  
uerūt de mādato, & egressi sunt ad frumentandū, & superueniens Pribizlaus, &  
irruēs super incautos, prostrauit ex eis ad cētū viros, reliqui fugerūt in castra. Qua  
propter Dux ira acriter instimulatus, feruentius vrget obsidionē, iāq; munimenta  
claustrī caperūt trepidare minaci ruina, & suffossionibus dilabi. Tūc Wertislaus  
omni spe meliori deposita, accepto cōductu venit in castra ad Comitē Adolfum,  
vt acciperet ab eo cōsiliū. Cui respōdet Comes: Sera quidē medicinā cōsultatio  
est, quādo æger desperatus est. Pericula nūc imminētia, debuerāt antea cōsultatio  
uisa. Quis, quęso, tibi cōsiliū dedit, vt obsidionis periculū incurreres? Magnę fuit 18  
amētie, ponere in neruo pedē, vbi nō sit diuerticulū, vel vlla euasione molitio. Nil  
ergo restat nisi deditio. Si q; potest esse salutis cōpendiū, sola deditioe apprehen-  
dendū video. Et ait Wertislaus: Fac pro nobis verbum apud Ducē vt sine peri-  
culo vitæ & membrorum damno, admittamur deditio. Tunc perrexit Co-  
mes ad Ducē, & alloquens eos, in quibus pendebant cōsilia, manifestauit eis  
negocium



negocium. At illi degustata Principis voluntate, dederunt manus, ut quicumque Slavorum dedisset se in potestatem Ducis, membris & vita potiretur, ea tamen con-  
 ditione, ut & Pribizlauus ab armis discederet. Tunc conductu clarissimi Comitis Wertislai de-  
ditio.  
 xierunt de munitione Wertislauus, & omnes nobiles Slavorum, & venerunt ad  
 pedes Ducis vnus cuiusque ensis super verticem suum. Et suscepit eos Dux, & re-  
 cludit in custodia. Præcepit ergo Dux ut quicumque Danorum captiui haberentur in Cani captiui  
dimissi.  
 castro, potirentur libertate: & exijt de illis multitudo maxima, imprecantes Duci  
 fortissimo bona pro suimet ereptione. Porro castrum & vulgus ignobile fecit ser-  
 uari, & præposuit eis Lubemarus quendam veteranum, fratrem Nicoloti, ut præ- Lubemarus  
Nicoloti fra-  
ter.  
 duxit secum Brunswick, & astringit eum manicis ferreis, cæteros verò dispertiuit  
 per custodias, quousque soluerent nouissimum quadrantem. His ita gestis, humilia- Wertislai ca-  
ptiuitas.  
 te sunt vires Slavorum, ut recognoscerent, quia Leo fortissimus bestiarum ad nul-  
 lius pauet occursum. Pribizlauus ergo, qui erat senior natu, & acris ingenij, cupiēs Pribizlaus po-  
tuit pacem.  
 & rogare ea quæ pacis sunt. Cūque Dux requireret obsides, ut firma esset sponsio-  
 nes: Nonne fratrem meum, & omnes nobiliores Slaviae retinet in custodia? teneat eos  
 loco obsidum, abutatur eis ut libuerit, si temerauerimus sponsonum fidem. Dū hæc per-  
 xerat sine bello, fuitque pax in Slavia à Martio mense usque in Cal. Febr. sequentis an- Geroldi Lubē  
ensis morbus.  
 ni, & omnia castra Ducis erant illæsa, videlicet Malachou, Cuscin, Zuerin, Illo we,  
 Mikilinburg. Eodem anno Dominus Geroldus, Lubicensis Episcopus, post ce- Studium ergo  
clerum.  
 lebres Paschæ ferias cepit infirmari, & decubuit in lecto ægritudinis, usque in Cal.  
 Jul. Orauitque Deum, ut differretur sibi vita, quousque dedicaretur oratorium Lubi-  
 cente, & Clerus recenter adunatus conualesceret in statu suo. Nec mora, diuini- Staden.  
 tus adiutus, dilatus est ad modicum. Adijt ergo Duce, qui tunc fortè venerat Stadhe,  
 in occursum Archiepiscopi, & contulit cum eo de commodis Lubicensis Ecclesiæ.  
 Cuius verbis ille condelectatus, mouit ut quantocyus rediret Lubeke, paraturus  
 ea quæ dedicationi opportuna erant. Et rogauit Dux Archiepiscopum, ut occur-  
 reret secum ad confirmationem officij: cuius petitioni acquiescens, aggressus est  
 iter in Wagirensis terram, & in transitu dedicauit Falderensem ecclesiā, quam  
 sanctæ memoriæ Vicelinus, Aldenburgenſis Episcopus, & fundasse & possedisse  
 ta. Præcepitque ut locus ille de cætero vocaretur nouum monasterium. Antea enim Faldera nomē  
mutatum.  
Hermannus  
Præpositus  
Falderens.  
 Faldera siue Wippenhorp vocabant. Fuitque loci illius præpositus Hermannus, qui  
 olim etiam Lubeke sub Barbarica tempestate multos pertulerat labores, sociatus  
 in prædicatione Euāgelij Domino Ludolfo, Segenbergensi præposito, & Brunoni  
 Aldenburgenſi presbytero. Hic ergo Hermannus successerat in procurationem  
 pietate recolenda, iam pridem felicè acceperat cōsummationē, Cal. Maij. Perfecta ergo,  
 ut antea dixi, dedicatione noui monasterij, trāsijt Dñs Archiepiscopus Segeberg, & Segeberg.  
Adolfus nol-  
sat.  
 illic vnus est diuersorio Comitis Adolſi. Postquæ autem venit Lubeke, suscepit eum Dux et  
 Episcop⁹ cū magna gloria, & aggressi sūt op⁹ dedicationis, & obtulerūt singuli volū-  
 taria cordis sui, Hēricus Dux, Gerold⁹ Episcop⁹, & Adolph⁹ Comes, dederūtque p- Liberalitas in  
ecclesiasticos.  
 dia & redit⁹ & decimationes in subsidia Cleri. Cōmonitus autem Archiepiscop⁹, ut no-  
 uum monasteriū daret Lubicēsi Episcopo, nō acquieuit. His ritè peractis, reuersus est  
 Archiepiscopus in locū suum. Dux verò ordinatis rebus in Saxonia, profectus est  
 in Baunariam, ut sedaret tumultuantes, & faceret iudicium, iniuriam patientibus. Henrici profe-  
ctio in Bana-  
riam.  
Ex Lib. 2.  
CAP. I.  
 Cōpositis ergo reb. in Bauaria, Henricus Leo, gemino ducatu clarus, reuersus  
 est in Saxoniam, & accersito clero Lubicēsi, dedit eis Pontificē Dominū Conradū,  
 Abbatē de Reddeghusen, fratrem germanum Dñi Geroldi Episcopi. Quod licet  
 Hardwigo Archiepiscopo & omnib. penē Lubicē sib. esset cōtrariū, præualuit ta- Conradus, Ge-  
roldi frater et  
successor.  
 men volūtas Ducis, cui refragari formidolosū erat. Recepit autem sacrum ordinem  
 per manus Hartwici Archiepiscopi in ciuitate Stadēsi. Pollebat autem literatura,



*Eius virtutes.* facundia, affabilitate, largitate, multis deniq; donis, quibus dignam personam su-  
*Vitia.* peruestiri decorum est. Sed pulcrum viri superficiem deformabat insanabilis, vt  
 ita dicam, impetigo, nobilitas animi, & facilitas verborum, quæ nunquam in eodē  
 persistebat, dissidens ipse secum, nihil ex cōsilio faciens, incertus in promissis, ex-  
 traneos diligens, suos fastidens. Clero, quem in tenella reperit Ecclesia, magna  
 seueritate primū abusus est, incipiens à primis, qui erāt in Lubicensi Ecclesia, usq;  
*Fastus.* ad nouissimos, qui habitabant ruri. Bona sacerdotum omnia sua esse dicebat, non  
*Arrogantia.* quasi fratres, sed vt seruos reputans. Si quem fratrem fortè pulsare cœpisset, nō le-  
 gitima vocatione, nō loci uel temporis cōgruentia, siue capituli sententia usus est,  
 sed ad placitum suū, quos grauare uoluisset, aut suspendit ab officio, aut eliminavit  
 ab ecclesia. Cōmonitus à Duce, nihil remissius egit, sed alienauit se à Duce, & cō-  
*Fœdus cum* fœderatus est Archiepiscopo, quatenus connexis viribus facilius vincerent omne  
*Bremensi.* resistantem. Circa dies illos, quo primū promotus est ad summi sacerdotij gradū,  
*Tempestas.* cum adhuc consisteret secus Archiepiscopū in vrbe Horeborg, quæ est super ri-  
 xima ventorū procellæ, fulgurū, coruscatio & tonitruī fragor, quæ passim multas  
*Cataclysmus.* ædes aut incendit aut subruit: insuper tanta maris exundatio oborta est, quā nō  
 est audita à diebus antiquis, quæ inuoluit omnem terram maritimā Fresiæ Hade-  
 len, & omnem terram palustrem Albiæ & Wirræ, & omnium fluminum, qui de-  
 scendunt in oceanum mare, & submersa sunt multa milia hominum, & iumento-  
 rum, quorum non est numerus. Quanti diuites quanti potentes vespere sedebant,  
 & deliciis affluebant, omni timore malorum sublato, sed veniens repentina cala-  
 mitas inuoluit eos in mediis fluctibus.

## CAP. 2.

*Wertislaus*  
*fratrē ad bel-*  
*lum inflāmat.*

*Niclotus.*

*Pribislai ex-*  
*peditio.*  
*Henricus de*  
*Schaten.*

*Flandri Me-*  
*galburgi colo-*  
*ni.*  
*Clades Me-*  
*galburgica.*

*Ilouue.*

*Guncelinus*  
*præfectus O-*  
*botritorum.*

Eadem die, qua maritimæ Regiones Oceani, tanta clade peruastratæ sunt, acci-  
 dit strages magna in ciuitate Slauorum Mikelenburg. Wertislaus enim, Nicloti  
 filius iunior, qui tenebatur in vinculis Brunswich, mandauit, vt dicitur, Pribizlauo  
 fratri suo per nuncios, dicens. En ego teneor vinculis æternis inclusus, & tu negli-  
 genter agis? Euigila & enitere, atq; viriliter age, & quod pace nō potes, armis ex-  
 torq;. Nō recogitas, quod pater noster Niclotus, cū Lunenburgi teneretur in cu-  
 stodia, neq; prece neq; pecunia redimi potuit. Postquā aut virtutis instinctu corri-  
 puimus arma & fecimus incendia & exterminia urbiū, nōne demissus es? His au-  
 ditis, Pribizlaus collegit latenter exercitū & venit improuisus Mekelinburg. Hēri-  
 cus aut de Scathē, præfectus castrī tūc fortè defuit, & populus qui erat in castrō, fu-  
 it sine Principe. Accedēs Pribizlaus, ait ad viros, qui erāt in munitione: Magna  
 ō viri, tā mihi quam genti meæ illata est violentia, qui expulsi sumus de terra nati-  
 uitatis nostræ, & priuati sumus hæreditate patrū nostrorū. Vos quoq; iniuriā hanc  
 cumulaistis, qui inuastistis terminos nostros, & possedistis vrbes & vicos, qui nobis  
 debētur hæreditaria successiōe. Proponimus ergo vobis optionē vite & mortis. Si  
 volueritis apire nobis munitionē, & reddere terrā debitā, deducem<sup>9</sup> vos pacificē  
 cū vxorib. & filijs, & vniuersa supellectile. Si quis Slauorū quippiā abstulerit eorū  
 quæ ad vos pertinet, ego in duplo restituā. Quod si nolueritis egredi, immo vrbe  
 hāc pertinaciter defendere, iuro vobis, quia si fuerit nobis Deus & victoria, om-  
 nes vos occidā in ore gladij. Ad hæc verba Flammingi iacula dirigere, & vulnera  
 infligere cœperunt. Slauorum ergo exercitus viris & armis potentior, vehementi  
 pugna irrupit munitionē, & occiderunt omne masculinum in ea, non reliquerunt  
 de populo aduenarum vel vnum, vxores & paruulos eorum duxerunt in captiui-  
 tatē, & succenderunt castrū igne. Posthæc cōuerterunt faciē suam ad castrū Iloue,  
 vt destruerent illud. Porrò Guncelinus, satelles Ducis, & præfectus terræ Obotri-  
 torū, audiens per exploratorū manus, exisse Slauos, præierat cum paucis militibus  
 Iloue, vt fieret vrbi præsidio. Vastata ergo Mickelenburg, Pribizlaus antecessit  
 exercitum cum fortissimis, vt præoccuparet obsidionem, ne quis fortè effugeret.  
 Quod audiens Guncelinus, dixit ad suos, Exeamus velociter & pugnemus cum  
 eo, priusquam reliquus veniat exercitus. Lassi enim sunt de pugna & strage, quam  
 commiserunt hodie. Et responderunt ei fideles sui: Non est nobis cautum egre-  
 di, statim enim vt exierimus, Slauī qui sunt intra vrbe hanc, & videntur stare  
 nobis



nobiscum, claudent portas vr̄bis post nos, & nos erimus exclusi, vr̄bsq; cedit in manus Slauorum. Et displicuit verbum hoc in oculis Guncelini, & virorum eius. Conuocans ergo Teutonicos omnes qui erant in vr̄be, dixit ad eos in audientia Slauorum, qui fuerant in vr̄be, & de quibus fuerat traditionis timor: Relatum est mihi, quòd Slauī, qui nobiscum sunt intra portas vr̄bis, iurauerunt Pribizlao, vt tradant & nos & vr̄bē. Audite ergo, o viri, compatriotæ, qui destinati estis in mortem & exterminium, statim vt videritis perfidiam obijcite vos portis, & mittite ignem in mœnia vr̄bis, & exurite perfidos hos cum mulieribus & paruulis. Motuantur vnâ nobiscum, nec fiat aliquis ex eis superstes, vt non glorientur de interimio nostro. His auditis, exterriti sunt animi Slauorum, nec ausi sunt aggredi, quæ ante castrum Ilowe, & allocutus est Pribizlao Slauos, qui erant in ea: Notum est omnibus vobis quantæ calamitates & pressuræ apprehenderint gentem nostram, propter violentam Ducis Potentiam, quam exercuit in nos, & tulit nobis hereditatem patrum nostrorum, & collocauit in omnibus terminis eius aduenas, scilicet Flamingos, & Hollandos, Saxones & Westphalos, atq; nationes diuersas. Hanc iniuriam zelatus est pater meus vsq; ad mortem, frater meus ob hoc ipsum vinculis æternis tenetur inclusus, & nemo remansit, qui cogitet bonum genti nostræ, aut velit suscitare ruinas eius nisi ego solus. Reuertimini ergo ad cor, o viri reliquiarū iusti generis, & resumite audaciam, & tradite mihi vr̄bem hanc, & viros qui in re occupauerunt eam, vt viciscar in eos, sicut vltus sum in eos, qui inuaferant Mikelenburg. Et cœpit eos commonere super promisso. At illi negauerunt, timore perterriti. Secesserunt ergo Slauī longius à castro, eò quòd ingrueret nox, & castra metenda essent. Aduertentes autem Slauī quia Gūcelinus & qui cum eo sunt, viri fortes sunt & bellicosi, nec posse munitionem capi sine maxima strage, primo diluculo recesserunt ab obsidione & reuerſi sunt ad loca sua. Guncelinus ergo veluti torrens erutus ab igne, relicta Ilowe, & collocata illic militum custodia, transijt Zuerin, & lætati sunt habitatores vr̄bis de insperato aduentu eius. Auditum enim fuerunt pridie, quod interfectus fuisset ipse, & viri eius pariter.

*Slauī Ilouenses actu in officio retenti.*

*Coloni terra Megalburg.*

*Ilouia frustra ab Pribizlao tentata.*

*Suerinum cōseruatum.*

Quinto ergo die, postquam percussa est Mikelenburg, descendit Berno venerabilis Episcopus cum paucis clericis de Zuerin, tumulare interfectos, gestans in collo suo sacerdotalia indumenta, in quibus offerre mos est. Et figens altare in medio interfectorum, obtulit pro eis hostiam salutarem Domino Deo, cum luctu & tremore. Quo iam sacrificium peragente, surrexerunt Slauī de insidijs, vt percuterent Pontificem, & qui cum eo erant. Sed celeriter missus à Deo, superuenit quidam Reichardus de Saltwedele cum militia. Hic audito, quia Guncelinus obsecutus esset Ilowe, egressus fuit ad auxilium ipsius, & iter faciens, casu superuenit Mikelinburg, cum Pontifex cum suis in mortis esset articulo. Cuius aduentu territi Slauī fugerunt, & saluatus Episcopus, peregit opus pietatis, & tumulauit de interfectis ad septuaginta corpora, & post hæc reuersus est Zuerin. Post non multum verò tempus Pribizlao collecta rursus Slauorum manu, venit Malacowe & Cuscin, & allocutus est habitatores vr̄bis, dicens: Scio quidem vos esse viros fortes & nobiles, & obsecundates imperio magni Ducis Domini vestri. Volo ergo persuadere vobis quæ sunt vtilia. Reddite mihi castrum, quod olim fuit patris mei, & mihi nunc hereditaria successione debetur, & ego exhiberi vobis faciam conductum, vsq; ad ripas Albix: si quis eorum, quæ ad vos pertinent, quicquam violenter auergerit, ego in duplo restitui faciam. Quòd si hanc conditionem optimam, inutili iudicaueritis, oportebit me rursus experiri fortunam meam, & congregari vobis. Mementote quid cōtigerit habitantibus Mekelenburg, qui spreuerunt conditiones pacis, & prouocauerunt me in suimet damnū. Tunc milites custodes presumpentes nõ esse locū pugnx, eò quòd hostes multi, auxiliarij verò essent pauci, impetraverunt conductum extra terminos Slauix, & Pribizlao recepit castrū.

**CAP. 3.**  
*Berno Episcopus Megalburg.*

*Richardus de Saltwedele.*

*Pribizlao vobis deditio Cuscinum.*

**CAP. 4.**  
*Henrici L. ex peditio in Slauos. Adolfus Holstat.*

Audiens ergo Henricus Leo Dux, labefactari res in Slauia, contristatus est animo, & misit interim robur militū Zuerin, ad custodiendum eā. Et præcepit Adolfo Comiti & maioribus de Holzatia, vt transirent Ilowe, & essent tutamen castrū.



*Albertus Mar-  
chio.*

*Waldemarus  
Rex Danorū.*

*Wertislai rex  
ignominioſa.*

*Reinoldus, Co-  
mes Dittmar-  
ſie.*

*Christianus,  
Comes Oldē-  
burg.*

*Deminum.*

*Cazimirus et  
Bugislaus Po-  
merani, ſocii  
Pribislai.*

*Slauorum Al-  
denburg, per-  
fidia.*

*Marchradus.*

*Adolfi Holſt.  
incuria et in-  
de clades.*

*Slau caſtra  
inuadunt.  
Dittmarſi.*

*Adolfi et Rein-  
holdi Comitū  
caedes.*

*Slauorum vi-  
ſtoria.*

*Guncelinus,  
Christianus.*

Post hæc cōgregauit exercitū grādē, & vocauit cognatū suū Adelbertū, Marchio-  
nem orientalis Slauix, & omnes fortissimos totius Saxonix in auxiliū, vt redderet  
Slauis malū quod fecerant. Sed & Waldemarū, Regē Danorū, adduxit cū nauali  
exercitu, vt vexaret eos terra mariq; . Et occurrit Adolfus Comes Duci cum omni  
Nordalbingorū populo iuxta Malacowe. Dux verò vbi trāsijt Albiā, & attingit ter-  
minos Slauorum, fecit Wertislauum, Principem Slauorū, suspendio interfici pro-  
pe vrbē Malacowe, eò quòd pessundauerit eum frater eius Pribizlauus, & p̄qua-  
ricatus fuerit p̄missiōes pacis, quas pactus fuerat. Et præcepit Dux Adolfo Comiti  
per nuncium, dicens: Surge cum Holzatis & Sturmarijs & cum omni populo qui  
tecum est, & præcedite Ducem vsq; in locum qui dicitur Viruchne. Idem factu-  
rus est Guncelinus præfectus terræ Obotritorum, & Rheinholdus Comes Thet-  
marſiæ, & Christianus Comes de Aldenburg, quæ est in Amerland, terra Freso-  
num, hi omnes præcedent te cum armatorum numero, qui ad ipsos pertinent.  
Tunc abijt Adolfus Comes cum cæteris nobilibus, qui secum deputati fuerant  
iuxta imperium Ducis, & venerunt in locum qui dicitur Viruchne, & distabat vt  
be Dimin ferè duobus milliaribus, & metati sunt illic castra. Porrò Dux & cæteri  
Principes morati sunt in loco qui dicitur Malacowe, secuturus post aliquot dies  
cum reliquo exercitu, cum veredarijs ferentibus victualia, quæ exercitui suffice-  
rent copiosè. Vniuersus verò Slauorum exercitus confederat in vrbe Dimin, fue-  
runtq; Principes eorum Kazemarus & Bugerlauus, Duces Pomeranorū, & cum  
his Pribizlauus, autor rebellionis, miseruntq; nuncios ad Comitem, volentes per  
eum admitti ad conditiones pacis, & promiserunt tria millia Marcarum. Rursum  
alios mittentes, promiserunt duo milia. Et displicuit verbum hoc Comiti Adolfo,  
& dixit ad suos: Quid vobis videtur, ô viri sapientes: Qui heri promiserunt tria mil-  
lia Marcarum, nunc offerunt duo milia. Verbum istud non est quærens pacem,  
sed adducens bellum. Miserunt ergo Slaui noctu speculatores in castra, explora-  
re statum exercitus. Aldenburgenses Slaui fuerant cum Adolfo Comite, per ma-  
diosè: nam quæcunq; gerebantur in exercitu, remandauerunt hostibus, per ma-  
nus exploratorum. Dixerunt ergo Adolfo Comiti, Marchradus, senior terræ Hol-  
zatorum, & cæteri qui intellexerant verbum absconditum: Auditu certissimo agi-  
perimus, quòd hostes nostri preparant se ad bellum. Porrò nostrates segnitius agi-  
nec in vigilijs, nec in custodijs debitam exhibent diligentiam. Adhibe ergo cau-  
tionem populo, eò quòd Dux benè præsumat de te. Et dissimulauit Comes, cæte-  
riq; nobiles, & dixerunt: Pax & securitas, emortua est enim virtus Slauorum. De-  
fecit ergo in exercitu custodia. Moram autem faciente Duce, defecerunt exerci-  
tui alimenta, & destinati sunt pueri, qui deberent ire ad exercitum Ducis propter  
victualia afferenda. Quibus primo diluculo iter aggressis, ecce in ascensu cliui ap-  
paruerunt cunei Slauorum cum populo innumerabili, tam equitum quàm pedi-  
tum. Quibus visis, retorsere pedem pueri, & clamore valido dormientem hostes  
uere exercitum. Alioquin omnes mortem somno copulassent. Tunc viri illustres  
atq; militares Adolfus atq; Reinholdus cum paucissimis Holzatenſium atq; Thet-  
marſienſium, qui fortè somno exciti maturius accurrerant, exceperunt hostes in  
descensu cliui, & contrita est prima acies Slauorum ab eis, & percusserunt hos-  
tes in  
que ad interiora stagni. Quos euestigio subsecuta secunda Slauorū acies, operuit  
instar montium, & percussi sunt Adolfus Comes, & Comes Reinholdus, & fortis-  
simi quiq; ceciderunt. Et obtinuerunt Slau castra Saxonum, & diripuerunt præ-  
das castrorum. Porrò Guncelinus, & Christianus, & cum eis amplius quàm tre-  
centi milites conglobati in vnum continebant se in latere pugne, ignorantes quid  
agerent. Formidolosum quippe erat congregi cum tanto hoste, omnibus scilicet  
socijs aut interfectis aut in fugam disiectis. Accidit ergo, vt cuneus quidam Slauo-  
rum veniret ad tabernaculum quoddam, vbi multi erant armigeri & equi plures.  
Quibus expugnandis, cū valentiùs instarent, armigeri clamauerunt ad Domi-  
nos suos, quorum globus fuit è vicino: Quid statis, ô fortissimi milites: & quare nõ  
succurritis seruis vestris? Rem vtiq; turpissimam agitis. Qui concitati clamore ser-  
uorum suorum insilierunt in hostes, & quasi cæco furore pugnantes, liberauerunt  
pueros



pueros suos. Deinde castris fortius immerſi, difficile dictu eſt, quantos iſtus dede-  
 rat, vel quantas ſtrages hominum fecerint, donec victrices illas Slauorum acies  
 diſſicerent, & reciperent caſtra quæ perdiderant. Deniq; miſcuit Deus Slauis ſpi-  
 ritum vertiginis, & ceciderunt de manibus optimorum militum. Et audierunt Sa-  
 xones, qui erant in latibus, & egreſſi ſcilicet, & reſumpta audacia, fortiter inſuſi  
 hoſtibus, & percufferunt eos attritione magna nimis, & repletus eſt campus  
 aceruis mortuorum. Et venit Dux feſtinanter, vt fieret ſuis præſidio, & vidit  
 minam, quæ facta eſt in populo ſuo, & quia mortuus eſt Comes Adolſus, & fortif-  
 ſus quiq; & reſolutus eſt in lacrymas multas. Sed dolorem eius mitigauit copio-  
 ſior victoria, & cædes Slauorum maxima, qui ad duo millia & quingentos conu-  
 ſi ſunt. Præcepit ergo Dux corpus Adolſi Comitis concidi fruſtatim & aſſum-  
 erant ſuper pigmentarij, quò poſſet circumferri, & patris inferri monumentis.  
 Et impletum eſt vaticinium, quod cecinit pridie quàm pateretur, ſapiffimè reite-  
 rans verſum, Igne me examinaſti, & nõ eſt inuenta in me iniquitas. Slauo ergo qui  
 effugerant manus gladij, venerunt Dimin, & ſuccenſo caſtro illo pontentiſſimo,  
 tranſierunt ad interiora Pomeranæ regionis, fugientes à facie Ducis. Sequenti au-  
 tem die venit Dux cum exercitu vniuerſo Dimin, & reperit caſtrum exuſtum, &  
 collocauit ibi partem exercitus, vt deponerent vallum, & adæquarent ſolo, & vt  
 eſſent præſidio vulneratis, quibus opus erat cura. Ipſe verò cum reliquo exercitu  
 in occurſum Waldemari Regis. Et abierunt ſociata manu, vt depopularentur  
 latitudinem Pomeranæ regionis, & venerunt ad locum qui dicitur Stolpe. Illic  
 Kazemarus & Buggezlauus iam olim fundauerant Abbatiam in memoriam patris  
 ſui Wertizlauri, qui ibidem & occiſus & ſepultus eſt. Ille primus inter Duces Po-  
 meranorum conuerſus eſt ad fidem, per manus ſanctiſſimi Ottonis, Bauenbergiſ-  
 genſis Epifcopi, & ipſe fundauit Epifcopatum Vznam, & admifit cultum Chri-  
 ſtianæ Religionis in terram Pomeranorum. Illuc ergo peruenit exercitus Ducis,  
 & non erat qui reſiſteret. Slauo enim ſemper vltra progredientes, diffugiebant à fa-  
 cie Ducis, nuſquam auſi ſubſiſtere præformidine faciei eius.

In diebus illis venit nunciuſ in terram Slauorum, qui diceret Duci: Ecce le-  
 gatus Regis Græciæ cum multo comitatu venit Brunſwich, loqui tibi. Ad hunc  
 audiendum Dux egreſſus eſt Slauiam, omiſſo exercitu, & proſperis expeditus ſuc-  
 ceſſibus. Alioquin propter Comitis mortem importunam, conuocata fortitudi-  
 ne, omne robur Slauorum conſumpſiſſet, vſq; in finem, & feciſſet terram Pome-  
 ranorum, ſocios Obotritorum. Omnis ergo terra Obotritorum & finitimæ regio-  
 nis, quæ pertinent ad regnum Obotritorum, aſſiduis bellis, maximè verò hoc no-  
 tiſſimo bello, tota in ſolitudinem redacta eſt, Domino ſcilicet fauente & dextram  
 piſſimi Ducis confortante. Si quæ Slauorum extremæ remanſerant reliquæ, pro-  
 pter annonæ penuriam, & agrorum deſolationes, tanta inedia confecti ſunt, vt cõ-  
 ſerantes, Poloniſ, Sorabiſ, atq; Boëmiſ vendiderunt. Poſtquam ergo Dux exiens  
 Slauia, dimiſit exercitum, vnumquenq; in ſua, corpus Adolphi Comitis perlatum  
 eſt Mindin, ibiq; ſancta deuotione reconditum. Cometiam vero tenuit Machtil-  
 dis, vidua eius, cū filio tenello. Pribizlaurus ergo rebellionis autor, paternæ hæ-  
 reditatis factus extorris, conſiſtebat apud Duces Pomeranorū Kazemarum atq;  
 Buggeſlauri, cõperuntq; rexdificare Dimin. Indefrequenter exiens Pribizlaurus  
 per inſidias percutiebat fines Zuerin atq; Racesburg, & tulit captionem multã tã-  
 de hominibus quàm de iumentis. Cuius exitū obſeruantes Guncelinus atq; Bern-  
 hardus pugnabant & ipſi de inſidijs, & cõmiſſa creberrima pugna, ſemper melio-  
 res inueniunt ſunt, quouſq; perditis fortiorib. viris & equis, Pribizlaurus ni iã poſſet  
 moliri. Et dixerunt ad eū Kazemarus & Buggeſlaurus: Si tibi placet habitare nobiſ-  
 ſu, & vt diuerſorio noſtro, caue ne offendas oculos virorū Ducis, alioquin pro-  
 pellemus te de finibus noſtris. Iam dudū enim duxiſti nos, vbi contriti ſumus con-  
 tritione maxima, & perdidimus viros & vrbes meliores. Nec hiſ contentus, ite-  
 ratã ſuper nos inducere viſ Principis iram? Et cohibitus eſt Pribizlaurus ab inſania  
 ſua. Humiliatæ ergo ſunt vires Slauorum, nec auſi ſunt mutire præformidie Du-

*Caſtra à Guncelino et Chriſtiano Com. recuperata. Slauo victores fuſi.*

*Hærici L. è clade luſtus.*

*Adolſi cadauer diſſectum & aſſum.*

*Deminum inflammatum.*

*Stolpe.*

*Wertizlaurus primus Pomeranæ principum Chriſtianum amplexus. Otho Bamberg. Epif.*

**CAP. 5.**  
*Legatio Græcorum ad Henricum L.*

*Obotritorum fines in ſolitudinem redacti.*

*Adolſi Hoſ. ſepultura.*

**CAP. 6.**  
*Pribizlaurus exulat in Pomerania. Deminum inſtauratur. Plagium. Guncelinus.*

*Pribizlaurus cõpeſcitur à Pomeraniſ.*



Waldemar  
Danus.

Insulae  
Danorum  
exculta.

Henrici L. cū  
Waldemaro  
fœdus.  
Potentia.

Vdonum fa-  
miliam habet  
Crancii Me-  
trop. lib. 6.  
cap. 24.  
Comitatus  
Ditmarſie.

CAP. 7.  
Gloria Comes  
inuidia

Henrici L. in-  
uidi, eorumq; cō-  
ſpiratio.  
Ludouicus  
Landgr.  
Turing.  
Albertus Mar-  
chio.  
Christianus,  
Comes Ol-  
denburg.

Adeslebum  
obſeſſum.

Brema à Chri-  
ſtiano Olden-  
burg, occupa-  
ta.

Henricus Tu-  
ringus tutor  
Adolſi iunio-  
ris.

Pribislaus Sla-  
uus in inte-  
grum reſtitu-  
tus.

CAP. 8.  
Expeditiō Hē-  
rici L. in ad-  
uerſarios.

cis. Et habuit Dux pacem cum Waldemaro rege Danorum, & celebrauerunt col-  
loquia ad Egdoram, ſiue Lubikæ, pro commodis vtriuſq; terræ. Et dedit Rex Duci  
pecuniam magnam, eò quòd pacarentur termini eius per ipſum à vaſtatione Sla-  
uorum. Et cœperunt inhabitari omnes inſulæ maris, quæ ad regnum pertinent  
Danorum, eò quòd pirata defeciſſet, & contractæ ſint naues prædonum. Ecinie-  
runt pactum Rex & Dux, vt quaſcunq; gentes terra mariq; ſubiugaſſent, tributa  
ſocialiter partirentur. Et increuit Ducis poteſtas ſuper omnes qui fuerunt ante  
eum, & factus eſt Princeps principum terræ. Et conculcauit colla rebellium, & ef-  
fregit munitiones eorum. Et perdidit viros deſertores, & fecit pacem in terra, &  
ædificauit munitiones firmiſſimas, & poſſedit hæreditatem multam nimis. Præ-  
ter hæreditatem enim magnorum progenitorum, Lotharij Cæſaris, & contugis  
eius Richenzen, multorūq; Ducū Bauariæ, atq; Saxonie, acceſſerunt ei nihilomi-  
nus, multorum Principum poſſeſſiones, vt fuit Hermanus de Winzeburg, Sifridus  
de Hammenburg, Otto de Aſle, & alij, quorum mentio excidit. Quid dicā de an-  
tipliſſima poteſtate Hartwici Archiepiſcopi, qui de antiqua Vdonum proſapia de-  
ſcendit: Nobile illud caſtrum Staden, cum omni attinentia ſua, cum Cometicia vni-  
uſq; ripæ, & Cometicia Thetmarſchiæ, viuente adhuc Epifcopo obtinuit, quæ dicitur  
quidem hæreditario iure, quædam beneficiali. Extenditq; manum in Friſiam,  
admouit eis exercitum, & dederunt ei pro ſuimet redemptione, quod poſtea  
ti fuiſſent.

Sed quia gloria parit inuidiam, & quia nil durabile in rebus humanis, tantam  
virigloriam zelati ſunt omnes principes Saxonie. Ille enim immenſis diuitiſus lo-  
cuples, clarus victorijs, & propter geminum, Bauariæ & Saxonie principatum ſub-  
limis in gloria ſua, omnibus Saxonie ram Principibus quàm nobilibus, importa-  
bilis viſus eſt. Sed manus Principum formido Cæſaris continuit, ne concepta mo-  
limina transferrent in effectum. Poſtquam autem Cæſar quartam profectionem  
parauit in Italiam, & opportunitatem tempus adduxit, ſtatim inueterata conſpi-  
ratio proceſſit in publicum, & facta eſt coniuratio valida omnium contra vnum.  
Fueruntq; inter eos primi, Wichmannus, Magdeburgenſis Epifcopus, Herman-  
nus, Hildenſemenſis Epifcopus. Poſt hos fuerunt Principes ij: Ludewicus, Prouin-  
cialis Comes Turingie, Adelbertus, Marchio de Saltwedele, & filij eius, Otto,  
Marchio de Camburg, & fratres eius, Adelbertus, Palatinus Comes de Somerſe-  
burg. Hos adiuuerunt nobiles ij, Otto de Aſle, Wedekindus de Daſenburg, Chri-  
ſtianus de Aldēburg, quæ eſt in Amerland. Super hos omnes præpotens eſt Duci,  
holdus Colonienſis Archiepiſcopus, & Cancellarius imperij, inſidiatus ille Rein-  
facie quidem abſens & in Italia poſitus, ſed totus conſilio expugnationi Ducis in-  
tentus. Tunc principes, qui erant in orientali Saxonie, cum Turingorum Principi-  
pe Ludewico, obſederunt munitionem Ducis quæ vocatur Aldesleſ, & fecerunt  
contra eam machinas multas. Porrò Chriſtianus Comes de Amerland collecta  
Frefonum manu, occupauit Bremam, & omnes fines eius, & fecit motum magnū  
in occidentali regione. Videns ergo Dux, quia conſurgunt vndiq; bella, cœpit cō-  
munire ciuitates & caſtra, & ponere cuſtodias militū in locis opportunis. In reme-  
pore illo Cometiciam Holſatiæ, Sturmariæ atq; Wagiræ adminiſtrabat vidua Adol-  
fi Comitis cum filio, adhuc tenello. Propter conſurgentes autem bellorum motus  
poſuit Dux puero tutorem, qui præeſſet armis, Henricum Comitem, Turingia na-  
tum, auunculum pueri, virum ſcilicet impatientem ocij, & totum armis deditum.  
Communicato quoq; fidelium ſuorum conſilio, Pribizlauum, Principem Slauo-  
rum, quem multis, vt ſuprà dictum eſt, prælijs expulerat prouincia, admifit in gra-  
tiam, & reddidit ei omnem hæreditatem patris ſui, terram ſcilicet Obotritorum,  
præter Zuerin & attinentia eius. Et fecit Pribizlauus Duci & amicis eius ſecuri-  
tatem fidelitatis, nulla deinceps bellorum tempeſtate corrupendam, ſtare ſci-  
licet ad mandatum ipſius, & obſeruare oculos amicorum eius abſque omni of-  
fenſione.

Tunc congregauit Dux exercitum grandem, & intrauit orientalem Saxonie,  
vt pugnaret cum inimicis ſuis, in medio terræ ipſius. Et viderunt, quia venit cum  
manu



manu forti, & timuerunt occurrere illi. Et fecit plagam magnam in terra hostili, & vastauit eam incendijs & depredationibus, & peruagatus est terrā vsq; ad muros Magdeburg. Deinde conuertit exercitum in occidentales partes, vt comprimeret tumultum Christiani Comitis, & improuisus venit Bremam, & cœpit eam. Tunc fugit Christianus Comes in abditas Frasiæ paludes. Et irrupit Dux Bremā, & depredatus est eam. Et transfugerunt ciues eius in paludes, eò quòd peccassent aduersus Ducem & iurassent Christiano, & posuit eos Dux in proscriptionē, quousque interuentu Archiepiscopi, mille & eo amplius Marcis argenti pacem indempsi sunt. Christianus autē Comes post paucos dies mortuus est, & sopita sunt malis, Hartwigus Archiepiscopus decreuerat apud se declinare tumultum consurgentis belli, & sedit Hammenburg solitarius & quietus, structuris claustralibus, & cæteris Ecclesiæ suæ commodis intentus. Tunc Colonienfis Archiepiscopus cæteris principū mandauerunt ei per litteras, vt reuocaret ad cor omnes pressuras, quibus attriuisset eum Dux. Nūc tandē venisse tēpus, quo possit auxilio principū recuperare statū honoris sui, patere sibi urbē Stathen, & creptā Comeciam si mædoctus, fortunatū semper in prælijs ducē esse, ambiguā quoq; Principibus inesse fidē, & se huiusmodi sponfionibus sæpe delusum, fluctuare capit animo. Prouocabat eū recuperandi honoris cupido, sed deterrebat eū sæpe cōperta mobilitas tamē castra sua Friborg & Horeborg cōmunire cœpit Archiepiscopus, & con-

Brema recupe-  
rata & mul-  
tata.  
Christiani Ol-  
denburgii fu-  
ga.

Mors.

Hartwigus Ar-  
chiepif. Brem.  
bellum formi-  
dat.

Fortuna præ-  
liorum Dux.

CAP. 9.  
Conradus Epi-  
scop. Lubeca  
belli stabellū.

Euocatur ad  
colloquiū ab  
Henrico L.

Iubetur iura-  
re in verba  
Henrici L.

Prinatus redi-  
tibus ob contin-  
maciam.

Solum vertis

Reconciliatur  
Alexandro III.  
Papa.

CIRCA hos dies Cōradus Lubicensis Ecclesiæ Episcopus, morabatur apud Archiepiscopū, & pendeat in ipso summa cōsilij. Et perlatū est ad Ducē, quia nō sentit ea quæ pacis sunt, sed quæ ad destructionē Ducis, & quia suggerit Archiepiscopo, vt trāseat ad Principes, & rescindat amicitias, quas pepigeret cū Duce. Vocans ergo Dux rem certius nosse, vocauit eum ad colloquiū Ertheneburg. At ille declinans iram potentis, declinavit in Fresiam veluti fungens legatione Archiepiscopi, & Domini Bernonis Magnipolitani, occurrit Duci apud Stathen, auditurus verbū eius. Et conuenit eum Dux super his, quæ ad ipsum perlata fuerant, qualiter scilicet verbis malis derogauerit honori suo, & dederit consiliū aduersus eum in malū. Affirmat Episcopus, se nihil horū recognoscere. Multis ergo verbis hinc & inde habitis, cupiens Dux conuulsas amicitias refarcire, & Episcopum iam olim sibi delectum, tenaciū colligere, cœpit ab eo familiariter exigere homini debitū, quod sibi imperiale donatione permissum in superioribus ostensum est, in his videlicet Slauium prouincijs, quas ipse iure belli, in clypeo suo & gladio possederat. Ad huius propositionis verbū, vir magnanimus resiliit, dicens: modicā esse stipem Ecclesiæ suæ, nunquā se huius intuitu libertatem suam occupatū, aut cuiuslibet potestati submissurū. E cōuerso proponit Dux omnino aut loco cedere, aut propositis parēre. Cumq; fixus in sententia maneret Episcopus, præcepit Dux obcludi ei introitū Parochiæ suæ, & omnes redditus Episcopales tolli. Post discessum ergo Ducis locutus est Archiepiscopus ad Conradū Episcopū: Existimo quod non sit cautū vobis cōsistere apud nos, propter satellites Ducis in quorū medio sumus. Quin potius cōsulite honori nostro & saluti vestræ, & transite ad Magdeburgēsem Archiepiscopū, & Principes, vt possitis euadere manus iniurorū vestrorū. Ego quoq; post paucos dies prosequar vos, & peregrinabor cū peregrināte. Et fecit iuxta consiliū Archiepiscopi, & transiit ad Magdeburgensem Archiepiscopum, & mansit apud eum fermē duobus annis. Inde abiens in Franciam, visitauit Cisterciense conciliū, & reconciliatus est Alexandro Papæ per manus Papiensi Episcopi, qui fuit partium Alexandri, & eiectus de sede sua, morabatur in clara valle. Deditq; Pontifici in mandatis, vt præbita sibi facultate, aut ipse iret ad Alexandrum, aut legatum dirigeret. His ita peractis, reuersus est Magdeburg, & inuenit ibi Hartwicum Hammenburgensem Archiepiscopum, nam &



*Hartuicus  
Brem. exulat  
Magdeburgi.*

*Mulctatus ab  
Henrico L.  
Horeburgum  
Bremensi con-  
seruatum.*

*Tumultus Sa-  
xon.*

*Goslaria affli-  
cta.*

**CAP. IO.**

*Friderici Caf.  
in Italia suc-  
cessus.  
Paschalis &  
Calixtus An-  
tipapa.  
Genua obfess.*

*Romani Ale-  
xandri com-  
plices.  
Victi ingenti  
strage à Ger-  
manis.*

*Genua capta.*

*Roma expu-  
gnata.*

*Calixtus à  
Cæsare, papa  
inauguratus.  
Lateranenses  
mulctati.*

*Pestis Roma  
in exercitu Ca-  
saris.*

*Reinoldi Co-  
lon. & Her-  
manni Ver-  
dens. mors.*

*Cæsar tumul-  
tum Saxon.  
componere stu-  
dit.*

*Henrici L. al-  
tere nuptia.  
Diuortium  
cum prima cõ-  
iuge.*

**CAP. II.**  
*Longobardo-  
rum rebellio.*

ipse loco cesserat, & māsērunt apud Magdeburgensem Archiepiscopum diebus multis. Veruntamen milites Hartuici Archiepiscopi, qui erant in castris Horeborg & Friborg, faciebant frequentes excursus, & faciebant incendia & prædas in possessionibus Ducis. Quamobrem Dux transmissa militia occupauit Friborg, & fregit munimenta eius, & adæquauit eam solo, & fecit tolli omnes reditus Episcopales, non reliquit ex eis paruas reliquias. Soli qui erant in castro Horeborg, continuerunt se vsq; ad reditum Archiepiscopi, eò quòd locus esset munitus propter paludosas voragines. Feruebat autem seditionū seua tempestas per omnem Saxoniam, contendentibus scilicet vniuersis principibus aduersus Ducem, & factæ sunt captiones militum, & demēbrationes, & euerfiones vrbium atque domorū, & incendia ciuitatum. Et addita est Goslaria Principibus. Et præcepit Dux custodiri vias, ne quis frumentum induceret Goslarix, & esurierunt valde.

In diebus illis Fræthericus Imperator morabatur in Italia, & cõtrita sunt rebel- liones Longobardorum à formidine virtutis eius, & effregit ciuitates multas pu- losas atque munitas, & conuertit faciem suam vt iret Romam, ad fugandum Alexandrum, & statuendum Calixtum. Paschalis enim breui tempore viuens, defunctus erat. Cæsar ergo obsidens Ianuam, quæ fuerat partium Alexandri, præmisit Reinholdum Coloniensem, & Christianum Moguntinum, & partem exercitus iussit præire Romam. Et vènerunt Tusculum quæ non longe est à Roma. Quorum introitu comperto Romani, exierunt cum immenso exercitu, pugnaturi propter Alexandrum, & egressus Reinoldus & Teutonicus miles, pu- gnauerunt pauci contra innumeros, & obtinuerunt Romanos, & percusserunt ex cis ad 12. millia, & persequuti sunt fugientes vsque ad portas vrbis. Et corrupta est terra propter cadauera occisorum, & permanserunt mulieres Romanorum viduæ in annos multos, eò quòd defecissent viri habitatores vrbis. Ipsa die qua hæc gesta sunt Romæ, pugnavit Cæsar cum Ianuanis, & obtinuit victoriam, compos effectus ciuitatis. Et assumpto exercitu abiit Romam, & inuenit Reinol- dum & exercitum, quem præmiserat, lætantem de salute sui met, & de ruina Ro- manorum. Et admouit exercitum vt caperet Romam, & oppugnauit domum Beati Petri, quia præsidium Romanorum illic erat, & iussit ignem portis immitteri, & abegit Romanos à turribus per vaporem fumi. Et obtinuit templum, & repleuit ædem interfectis. Et intronizauit Calixtum in Cathedram, & egit illic celebrata- tem Beati Petri ad vincula. Admouitq; manum Lateranensibus, vt destrueret eos, dederuntq; ei pro vita simul & ciuitate, quicquid postulati fuissent. Coacti vt comprehenderent Alexandrum, non præualerunt, eò quòd noctu fugam inisset. Et accepit filios nobilium obfides, vt de cætero obedientes essent Calixto fide ir- reprehensa. Secuta est hos Cæsaris prosperos euentus repentina calamitas. Tanta enim pestilentia subito Romam inuasit, vt infra paucos dies vniuersi penè interi- rent. Mensæ n. Augusto pestiferæ nebulæ in partibus illis consurgere dicuntur. Mortui sunt ea pestilentia Reinoldus Colonienfis, Hermannus Verdenfis, & nobiles ipsi tempore interierunt. Cæsar cum residuo exercitu reuersus est in Longo- bardiam. Illic positus audiuit motum qui fuit in Saxonia, & missa legatione, fre- quentibus inducijs repressit surgentem seditionem, quousq; præteriret tempus, & ipse liberaretur ab expeditione Italica.

In tempore dierum illorum misit Henricus Dux Bauariæ & Saxonix legatos in Angliam, & adduxerunt filiã regis Angliæ cum argento & auro & diuitijs ma- gnis, & accepit eam Dux in vxorem. Separatus enim fuerat à priore coniuge, Do- mina Clementia, propter cognationis titulum. Habuit autem ex ea filiam, quam filio Conradi regis dedit in matrimonium, qui etiam modico superuixit tempore, præuentus immatura morte in expeditione Italica.

EMENSO ergo post hæc nō lōgo interuallo, vidētes Lōgobardi quia corruiſſet colūnæ regni, & defecisset robur exercit⁹, cõspirauerūt vnanimiter aduersus Cæsa- rē, & voluerūt interficere eū. Ille præſentiens dolos, clā recessit à Longobardis, & reuersus



reuerfus in Teutonicā terram, induxit curiā Bauenberg, vocatisq; vniuersis Principibus Saxonix, coarguit eos de violatione pacis, dicens tumultum Saxonie dedisse Longobardis materiam defectionis. Multis itaq; dilationibus, multa prouidentia & cōsilio, diffensiones, quæ erant inter Ducē & Principes, ad conventionē pacis inclinantæ sunt, & cesserunt omnia iuxta placitū Ducis, & ereptus est à circumuentione Principum absq; omni suimet diminutione. Et reuocatus est Dominus Hammenburgensis Archiepiscopus in sedē suam, fractusq; infirmitate infra paucos dies obiit, & extincta est morte illius vetus cōtrouersia, quæ fuit super Cometa Stadenſi, & possedit eam Dux de cætero, absq; omni cōtradictione. Cōradus quoq; Lubicensis Episcopus interuentu Cæsaris, meruit redire in Parochiā suā, ea scilicet cōditione, vt sopita priori obstinacia, exhiberet Duci quæ iusta sunt. Potitusq; reditū in gratia Ducis, mutat<sup>o</sup> est in virū alterū. Didicit enim in hisq; ipse rē nihilominus defensauit à circūuentione principum & potentū, præcipuē verò de manibus Henrici Comitis Turingi, qui nec Deū nec homines reuerens, aspirabat ad bona sacerdotum. Cū autē omnis bellorū motus, autore Deo, rediret in serenam pacis quietē, Wedekindus de Dasenburg recusauit pacē, quam locuti sunt Principes. Hic enim ab adolescentia sua ad malū strenuus, semper militiæ vsū in rapinas detorserat, Sed ne malū posset, quod voluit, Ducis refrenatione acrius tenebatur. Captus enim aliquando, & in vincula coniectus, fidē dedit, vt de cætero temperaret à rapinis, & staret ad mandatum Ducis sincero obsequio. Sed ille ingruente tempore belli, pollicitationis immemor, in Ducem omnibus acrius deſeuit. Cæteris ergo ad pacem reductis, hunc singularem ferum Dux obsedit in castro Dasenburg. Sed cū omnem obsidionis & machinarum violentiam montis altior eluderet, misit Dux, & vocauit viros industrios de Rāmesberg, qui aggressi rem difficilem & inauditam, perfoderunt radices montis Dasenburg, & interiora mōtis collustrantes, repererunt puteū, vnde castellani hauriebāt aquā. Quo obrurato, defecit aqua castellanis, & necessitate constrictus Wedekindus, dedit se & castrū in potestātē Ducis, cæteri dimissi, dispersi sunt, vnusquisq; in terram suam.

In tempore illo congregauit Waldemar, Rex Danorum, exercitum grandē & naues multas, vt iret in terram Rugianorum, ad subiugandum eam sibi. Et adiuerunt eū Kazemarus & Buggezlauius Principes Pomeranorū, & Pribizlauius, Principes Obotritorum, eò quòd mandasset Dux Slauis, ferre auxilium Regi Danorum, vbicunq; fortē manū admouisset subiugandis exteris nationibus. Prospertatum est ergo opus in manibus regis Danorum, & obtinuit terram Rugianorum in manu potenti, & dederunt ei pro sui redemptione quicquid Rex imposuisset.

ANNO incarnati verbi M. C. LXVIII. fundatum est opus nouæ plantationis in terra Rugianorum, & ædificatæ sunt Ecclesiæ, & præsentia sacerdotum illustratæ. Seruieruntq; Regi Danorum sub tributo, & accepit filios nobilium obsides, & abduxit eos secū in terrā suam. Hæc autē acta sunt tempore, quo Saxones ciuilia belagerebant. Postquam autem Dominus pacem reddidit, confestim Dux misit Legatos ad Regem Danorum, requirens obsides & medietatem tributorum, quæ solentur Rani, eò quòd laudatum & iuramento firmatum esset, vt quascunq; gentes laboris fieret etiam particeps emolumentum. Cūq; renueret Rex, & nuncij redissent inacti, dux ira permotus, vocauit Principes Slauorum, & mandauit vt ultionē facerent de Danis. Vocati sunt, & dixerunt, assumus. Et obaudierunt ei cum lætitudine. Qui misit illos, & amoti sunt vectes & ostia, quibus iam pridem cōclusum erat mare, & erumpebat vadens & inundans, & intentans exitium multis Danorū Insulis & regionibus maritimis. Et instauratæ sunt prædonum naues, & occupauerunt in terra Danorum insulas opulentas, & saturati sunt Slaui post diutinam indiam diuitijs Danorum, in crassati, inquam sunt, impinguati sunt, dilatati sunt. Aut diui à referentibus, quòd Mekelenburg die fori de captiuitate Danorum septingentæ numeratæ sint animæ, omnes venales, si suffecissent emptores. Porro tanti excidij calamitatem ostenderant præſagia quædam. Sacerdos enim quidā in terra

Conuentus Bambergensis

Henricus I. reſtitutus in integrum

Hartuwig Archiepisc. mort.

Conradus Lubicensis restitutus emendatur.

Henricus Turing.

Wedekindus Dasenburg. eiusq; maleſicia

Dasenburg. opera fossorū metallicorum captam.

CAP. 12. Expeditio Waldemari Dani in Rugianos. Kazimirus & Bugzslauus Pomerani. Pribizlauius Obotritus.

CAP. 13. Rugiani Christianisimū amplexi. Vexillales Danorum.

Fædus Waldemari & Henrici L. violatū

Slau ab Henrico L. Danis immisi.

Danorum clades.

prodigium in pane mystico.



*yrōm Chri-  
stiana*

*Regum Da-  
niae luxus.*

*Waldemar*

*Rex Cyrcipa-  
niam vastat.*

*Christopho-  
rus Waldema-  
riothus.*

*Aldēburg Da-  
nis Branden-  
hus.*

*Slauī illatas  
iniurias oleif-  
cuntur.*

*Student pira-  
tice.*

*Aedificia Sla-  
uorum humi-  
lia.*

*Mors in bellis.*

*Henricus L.*

*Slauos penē  
edomat.*

**CAP. 14.**

*Colloquium  
Dani cum He-  
ric. L. & re-  
conciliatio.*

*Slauis ingra-  
ta pax.*

*Affinitas He-  
ric. L. cum Da-  
no.*

Danorum, quæ dicitur Alfse, assistēs sacro altari, cum subleuasset calicem, sumptu-  
rus hostiam, ecce visa est in calice species carnis & sanguinis. Ille de timore tan-  
dem resumpto spiritu, non audens sumere insolitæ visionis speciem, transijt ad  
Pontificem, ibi in conuentu Cleri calicem videndum obtulit. Cùm multi dice-  
rent, id factum diuinitus, ad confirmandam plebis fidem, Pontifex, altiori sensu  
protestatus est, grauem Ecclesiæ imminere tribulationem, & sanguinem Chri-  
stiani populi multum fundendum. Quoties enim sanguis martyrum effunditur,  
Christus denuò in membris suis crucifigitur. Nec prophetantis fefellerit vaticini-  
a. Vix enim præterierunt dies 14. & superueniens exercitus Slauorum, occupa-  
uit omnem terram illam, ecclesias subuertit, & populum captiuauit, omnem ve-  
rò resistantem percussit in ore gladij. Diu ergo siluit Rex Danorum, dissimulans  
gentis suæ ruinas. Reges enim Danorum, segnes & discincti, & inter continuas  
epulas semper poti, vix aliquando sentiunt percussuras plagarum. Tandem velu-  
ti somno excitus Rex Daniæ, congregauit exercitum & percussit partem modici  
cam Cyrcipanz regionis. Filius quoque Regis, ex concubina natus, Christopho-  
rus nomine, cum mille, vt aiunt, loricis, venit Aldenburg, quæ Danicè dicitur  
Brandenburg, & percusserunt maritima illius. Ecclesiam verò, cui deseruiebat  
Bruno sacerdos, non leserunt, nec attigerunt penitus bona sacerdotis. Recedentibus  
ergo Danis, Slauī è vestigio persecuti sunt, & damna sua vltione decupla  
compensauerunt. Dania enim ex maxima parte in insulas dispersita est, quas ambi-  
bit mare circumfluum, nec facillè caueri possunt insidiæ piratorum, eò quòd ibi  
sint promontoria latebris Slauorum aptissima, vnde clam egredientes, percussit  
de insidijs incautos. Slauī enim clandestinis insidijs maximè valent. Vnde etiam  
recenti adhuc ætate, latrocinialis hæc consuetudo adeò apud eos inualuit, vt omnis  
sis penitus agriculturæ commodis, ad nauales excursus, expeditas semper inten-  
derint manus, vnicam spem & diuitiarum summam in nauibus habentes sitam.  
Sed nec in construendis ædificijs operosi sunt, quin potius casas de virgultis con-  
textunt, necessitati tamen consulentes aduersus tempestates & pluias. Quoties  
autem bellicus tumultus insonuerit, omnem anonom paleis excussam, aurum  
atque argentum & preciosa quæque fossis abduunt, vxores & paruulos munitioni-  
bus vel certè syluis contutant. Nec quicquam hostili patet direptioni, nisi rignu-  
ria tantum, quorum amissionem facillimam iudicant: Danorum impugnationes,  
pro nihilo ducunt, imò voluptuosum existimant, manum cum eis conferere. So-  
lus eis Dux est formidini, qui protriuit robur Slauorum super omnes Duces, qui  
fuerunt ante eum, plus multo quàm ille nominatus Otto, & misit frenum in ma-  
xillas eorum, & quo voluerit, declinat eos. Loquitur pacē, & obtemperant: man-  
dat bellum, & dicunt, assumus.

REX ergo Danorum perspecta calamitate gentis suæ, vidit tandem quia bo-  
na est pax, & misit legatum ad fortissimum Ducem, rogans præberi sibi locum fa-  
miliaris colloquij ad Egdoram. Et venit Dux ad expetitum placiti locum in natiui-  
tate sanctis Iohannis Baptistæ. Et occurrit ei Rex Danorum, & exhibuit se pri-  
mum ad omnem voluntatem Ducis. Et recognouit ei medietatem tributorum  
& obsidum, quæ dederant Rani, & de arario fanæquam portionem, & ad sin-  
gula quæ Dux iudicauit exigenda, deuotè paruit Rex. Et renouatæ sunt inter eos  
amicitiæ, & inhibiti sunt Slauī, ne de cætero impugnarent Daniam. Et facti sunt  
vultus Slauorum subtristes, propter confæderationem Principum. Et misit Dux  
nuncios suos cum nuncijs regis in terram Ranorum, & seruiertur ei sub tri-  
buto Rani. Et rogauit Rex Danorum Ducem, vt filiam suam, viduam Freherici,  
nobilissimi Principis de Radenburg, daret filio suo, qui iam designatus erat Rex in  
vxorem. Interuentu itaque magnorum Principum, consensus erat Rex in  
suam in regnum Danorum, & facta est læticia magna omnibus populis borea-  
lium nationum, iocunditas & pax simul orta est. Et multatum est gelidum il-  
lud frigus aquilonis in lenes austri flatus, & cessauit moris vexatio, & detumue-  
runt procellæ tempestatum. Et pacata est via transeuntibus à Dania in Slauiam,  
& ambu-



& ambulauerunt mulieres & paruuli per eam, eò quòd submota sint offendicula, & defecerint prædones in via. Omnis enim Slauorù regio incipiēs ab Egdora (qui est limes regni Danorum) & extenditur inter mare Balthicum & Albiam, per longissimos tractus vsq; ad Zuerin, olim insidijs horrida, & penè deserta, nunc dante Deo tota redacta est velut in vnam Saxonum coloniam, & instruuntur illic ciuitates & oppida: multiplicatur Ecclesiæ, & numerus ministrorù Christi. Pribizlauus quoq; deposita diuturnæ rebellionis obstinacia, sciens quia non expedit sibi calcitrare aduersus stimulum, sedit quietus & contentus funiculo portionis sibi permissæ, & ædificauit vrbes, Mekelenburg, Ilowe, & Rostock, & collocauit in terminis eorum Slauorum populos. Et quia Slauorum latrones inquietabant Teutoniticos, qui habitabant Zuerin, & in terminis eius, Guncelinus præfectus castri, vir fortis & faterles Ducis, mandauit suis, vt quoscunq; Slauorum inuenissent incedētes per aua, quibus non esset euidentis ratio, captos statim suspendio necarent. Et cohibiti sunt vtcunq; Slau à furtis, & à latrocinijs suis.

*Saxonum in Slauis colonia*

*Pribislai aua præca.*

*Rostochium conditum.*

*Guncelini editum in prædones Slanos.*

E SUPPLEMENTO ARNOLDI.

CONFIRMATA ergo pace in terra Slauorum, magis ac magis inualefcebat potentia Ducis super omnes inhabitantes terrã, & sopita sunt bella ciuilia, mediante maiestate Imperatoria, quæ erant inter ipsum & Principes orientales. Pribizlauus verò, frater Wertislaui, ex inimico factus est Duci amicissimus, sciēs quòd nil præualerent aduersus eum suscepta molimina, considerans etiã viri magnificentiam, & quocunq; se vertebat in omnibus fortuna fauente præualebat. Dux itaq; tanta poritus quiete, tantisq; fluctuationum emensis periculis, tanquàm portum salutis commodum duxit, pro peccatis suis sanctum visere sepulchrum, vt adoraret Domini Hierosolymitana acrius cogitare cœpit, & terræ suæ tutelam Wichmanno, Archiepiscopo Magdeburgensi, consignans, nobiliores terræ itineris sui socios fecit, Conradum videlicet, Episcopum Lubicensem, Henricum, Abbatē de Brunswig, Bertoldum, Abbatem de Lunenburg & memoratum Pribizlauum, regulū Obotritorum, & Guncelinum Comitem de Zuerin, & Sifridum Comitem de Blankenburg, & alios quàm plures, tam de viris suis liberis, quàm de ministerialibus. Et non remansit quisquam maiorum, excepto Ecberto de Wolfebotele, quem constituit Dux super familiam suam, maximè tamen deputatus est in ministeriū Dominae Ducissæ Machtildis, religiosissimæ sceminae, cuius memoria & apud Deum nota est, & apud homines, filia Regis Anglorum. Quæ lineam generositatis suæ quam ex longa regalium parentum profapia traxit, pijs operibus extulit, & caritatis inuisitens effectibus, religionis decore venustauit. Erat enim summæ pietatis, circa afflictos miræ compassionis, eleemosynarum larga erogatrix, & orationibus quocunq; Missarum, quas plurimas decantari fecit, deuotissima frequētatrix. Fidem quoq; coniugij illibatam custodiens, torum conseruabat immaculatum. Manebat autem in Brunswich omni tempore, quo Dux perigrinatus est: quia tunc prægnans erat, ediditq; filiam nomine Rikezen: filios etiam ex eo post reditum suscepit, Henricum, Luderum, Ottonem, Willehelmum, quos sicut de sancto Thobia legitur, ab infantia Deum timere docuit. Ministrabat ei Hêricus de Lunenburg & Ecbertus memoratus, eò quòd ipse fidelis & inclytus haberetur in omni domo Ducis. Sed res aliter cesserunt. Ipse enim dedit maculam in gloriam suam, & notam perfidia incurrit. Vnde grauitè multatus est. Sed ista nūc obmittamus, quia ad alia festinamus.

CAP. 2.  
*Pax ex edito Casaris.*

*Pribizlaus ex host. Henrici L. amicus. Henricus L. religionibus inductus cogit Hierosolymam.*

*Constituit suam domi. Legit itineris comites.*

*Pribizlaus Obotritus Guncelinus Suerinens. Sigfridus Blankenburg.*

*Ecbertus de Wolfebotel. Mathildis Britanna, Henrici L. uxor.*

*Eius elogium*

*Liberi.*

*Henricus de Lunenburg. Ecbertus Wolfebotelus à se de discedit*

CAP. 3.  
*Hêricus L. ingreditur iter Hierosolymitanum.*

*Fridericus March. Sudbach. Marchio Stirie.*

Dux autem cum magna gloria profectus est de Brunswich post octauam diem Purificationis cum optimatibus terræ. Quorum etiam nobiliores peregrinationis suæ socios fecit, Marchionem videlicet Frethericum de Sudbach, & Marchionem de Stire, & ita processit in Regnum orientale, ad vitricum suum no-



*Henricus Au-*  
*strius.*

*Gertrudis*  
*Henrici L. ma-*  
*ter.*

*Vienna Au-*  
*stria metropo-*  
*lis.*

*Episc. Worma-*  
*ciensis Caesaris*  
*legatus, Leo-*  
*nis comes.*  
*Manuel Imp.*  
*Byzant.*

*Mesenburg.*  
*Florentius le-*  
*gatus Regis*  
*Vng.*

*Strigonium.*

*Rex Vng. ve-*  
*veno a fratre*  
*sublatus.*  
*Henrici L.*  
*Austriæ angor*

**CAP. 4.**  
*Cataracte,*  
*Schere.*

*Henrici L.*  
*nausfragium.*

*Guncelinus.*  
*Iordanes.*

*Fabula.*

*Sannus.*

*Bulger Waldt*

*Necessitas.*

bilem Ducem Henricum. Qui totus festinus occurrit ei in castro Nuenburg, cum maximo Cleri plebisque tripudio, vbi mater eius, Domina Gertrudis, memorabilem sortita est sepulturam. Inde honorificè deduxit eum in ciuitatem Metropolitanam Wenæ, vbi comparatis nauibus, frumento & vino cæterisque necessarijs copiosè onustatis, Dux cum suis nauale iter per deuexa Danubij arripuit: serui tamen cum equis via terrestri perrexerunt, vespertino tempore semper venientes ad locum determinatum, vbi naues applicuissent. Nec prætereundum, quòd Dominus Wormaciensis huic itineri se sociauit, non peregrinationis gratia, sed legatione functus Imperatoris, ad Regem Græcorum Manuelem pro filia ipsius filio suo in matrimonio socianda. Verius tamen ob commodum Ducis factum creditur, vt tam familiari legatione accepta, benignè Ducem Rex Græcorum susciperet, & benignius per terram suam ducatum ei præberet. Dux etiam Orientalis Austriæ instaurata classe, profecutus est Ducem Saxonie, ducatum ei præbens, & necessaria hospitalitatis abundantissimè administrans. Cum magna ergo commoditate ad ciuitatem Mesenburg peruenerunt, quæ sita est in confinio terræ Vngaricæ, vbi Legatus Regis Vngarorum, Florentius dictus, paratus fuit ad excipiendum Ducem Saxonie vnà cum Duce Orientalis Austriæ, cuius sororem Rex habebat, & ita procedentes cum summa tranquillitate, applicuerunt ad urbem quandam, quæ naturaliter est munitissima. Nam ex vno latere cingitur Danubio, ex alio, alueo profundissimo, qui Granè dicitur, à quo arx & ciuitas, quæ in altera ripa sita est, nomen accepit. Grauis autem mœsticia Ducem illic perculit. Nam ipsa nocte, Rex veneno interijt, appotiat, vt dicitur, à fratre suo, quem de terra eiecerat. Vnde graui afflictione constrikti ignorabant quid facerent. Dux enim Saxonie grauiter cum suis angebatur, quod in peregrinatione constitutus, tutò ulterius progredi non posset, quia morte Regis quasi præfocatus, Ducem viæ habere non poterat. Nec minus alter affligebatur, de tam subito Regis interitu, eò quòd intestatus obiisset, & sororem suam, viduam, prægnantem tamen, quasi exortem regni, sine hærede reliquisset. Consilio autem habito, missi sunt ad Archiepiscopum, qui tunc in ciuitate constitutus erat regij funeris exequijs occupatus, Conradus Episcopus, Henricus Abbas, Bertoldus Abbas, vt ipsius ordinatione Dux Saxonie Ducem itineris habere posset. Qui beneuolum se huic negotio exhibuit, & conuocatis Principibus, tandem ordinatum est, vt Florentius, supra memoratus, cum Duce procederet via qua cœperat.

DIMISSVS ergo Dux & sui prosperè nauigabant per aliquot dies, & inciderunt periculum, quod vulgariter Schere dicitur: quia ibi scopuli immanissimi ad instar montium prominentes, quorum vni castellum impositum est, interceptis aquis meandi facultate subtracta difficillimum illie nauigantibus transitum fecerunt: aquæ enim in arcum collectæ, primò quidem confurgentes intumescunt, & postea magno fragore in præceps cadunt. Omnes tamen naues, nutu Dei, illic illæstæ transierunt, sed solus Dux ibidem naufragium perulit. Quod videntes ij, qui in castello erant, nauicula arrepta, eum ad terram traxerunt. Guncelinus verò & Iordanis Dapifer cum alijs natando euaserunt. Relictis nauibus, vbi deficiantibus aquis, naues in sicco steterunt. Ibi enim Danubius subterraneo meatu absorptus, in amnem paruissimum deriuatur, & post longa terrarum spatia, turgentibus fluctibus ebulliens, in Sowam protrahitur. Relictis ergo nauibus, terrestrem viam ingressi, intrauerunt nemus illud maximum & notissimum, quòd Bulgerewalth dicitur, vbi multum laborauerunt, tam ipsi quàm equi eorum trahentes in plaustris & carrucis copiam victualium. Cùmque creberrimè plaustra contererentur, & omnes nimio labore deficerent in reficiendis & carruca cõfracta, omnes cõsisterent, donec ea refecta omnes procederent, animaduertens Dux quod obrædiū tanti laboris nimiam facerent morâ progrediendi, præcepit,



præcepit, vt relictis plaustris victualia iumentis imponerent, & sic abirent. Videntes ergo imensos acervos farinæ purissimæ proiectos, vasa vinaria plurima, & vino plena relictâ, & quicquid accuratius sibi quisq; præparauerat diuersis condimentis. Procedentes ergo, appropriabant vrbi, quæ Rauennellæ dicitur, quæ in medio nemoris sita est, cuius habitatores Serui dicuntur, filij Belial, sine iugo Dei, illecebris carnis & gulæ dediti, & secundum nomen suum immundicijs omnibus seruientes, & iuxta locorum qualitatem belualiter viuendo, bestijs etiam agreffiores. Subiecti tamen noscuntur Regi Græcorum, cuius Legatus Ducem præueniens, qui tunc cum ipso erat, præcepit, vt Ducem in castro honorificè susciperent, & vt deceret Regis magnificentiam, in omnibus ei honestissimè deseruirent. Qui eius monita siue præcepta contemnentes, dimiserunt eum vacuum, ac sine honore abiecerunt. Qui reuersus ad Ducem, nunciauit ei quod audierat. Et venit Dux cum suis prope urbem, & ibi castra metatus est. Et iterum missio nuncio, mandat se pacificè venire, rogans vt conductorem ab eis accipiat: & sic in pace discedat. Cumq; hoc sapius attentatum fuisset, & nihil profecissent, Dux ait ad suos: Iustum quidem est, vt in peregrinatione positi, cum omni pace & mansuetudine incedamus, & ideo cum signis bellicis ad urbem Regis, ad quam tendimus, procedere non debuimus: Sed quia isti filij Belial quæ pacis sunt non sectantes, bellum nobis intentare videntur, leuate signa, & procedamus. Deus patrum nostrorum nobiscum sit, pro cuius nomine peregrinamur, & eius præcepta secuti domos & fratres, vxores & filios, & agros reliquimus. His viribus vtendum est, pugnemus fortiter, quicquid ipsi placuerit, si profecti, præterierunt urbem, nec longe castra metati sunt in valle longissima superriuum perlucidum, habentes à dextra montana, à sinistris verò rubum spinarum densissimum. Hoc ergo muniti præsidio, accenderunt ignes maximos, & ordinatis excubijs per castra, curam corporis habuerunt, & dormitum est. Cum ecce media nocte Serui in vnū ex omni nemore conglobati, fecerunt quatuor turmas, & per vices in quatuor partibus vlulantes, inualescebant maximis vociferationibus, sperantes se sic terrere exercitum Ducis, vt fugientes bona sua projicerent, & ipsi prædam raperent. Dux autem confurgens cum suis, ad arma conuolabat, & circuibat Henricus Marschalcus, cogens milites omnes ad vexillum Ducis conuenire. Serui etiam ex vna parte sub custodia equos feruabant, quibus mandatum erat, vt si priores insultus hostium exceperint, sine mora militibus nunciarent, vt præsidio eis fierent. Fuit autem numerus viro- rum, educentium gladium, ducenta millia. Cùmque, vt dictum est, milites omnes ad Ducem venirent, ascenderunt ad eum etiam Conradus Episcopus, & Abbates, Henricus & Bertoldus, & sedebant iuxta Ducem. Duce autem sedente in armis, accensus est Clibanus ingens, & stabat ante eum Guncelinus Comes, & quique robustiores, mutuis se cohortationibus confortantes, & subito prodijt sagitta, & cecidit prope eos. Vnde exterriti, celerius arma corripiunt. Subito autem venit, qui diceret, castra Domini Wormaciensis ab hostibus occupata, & militem vnium mortuum, sagitta percussorum, & seruos duos, quorum alter vsque ad medium diem superuixit, & mortuus est. Tela enim habent ergo tam tristi nuncio, subito missi sunt ad castra Episcopi viginti milites loricati, qui venientes hostes fortiter cædendo premebant, & vnus balista feriens, nutu DEI è regione percussit Ducem illorum, & transfodit eum. Illo cadente, alij fugam inierunt, & non adiecerunt vterius impetere castra Ducis. Facto autem mane, orta est nebula densissima, & præcepit Dux ne castra mouerent, donec deficeret nebula. Cùm verò sol incaluisset profecti sunt, & viderunt eminus hostes tota die insidiantes, si aliquem ex eis rapere potuissent, & sic illasi transito nemore, tenuerunt ciuitatem Niceam. Vbi Dux honorificè susceptus est, & lautissimè ministratum est ei, & omnibus suis, de impensa regia. Inde ductus est Andernopolim, deinde

Rauennella.  
Serui, eorūq;  
barbaries.

Contumacia.

Necessitas Hæ-  
ricum L. ar-  
mat.

Seruiorum no-  
clivna im-  
pressio.

Hæricus Mar-  
schalcus.

Seruiorum  
copie.

Guncelinus.

Epif. Worma-  
ciensis.

Seruiorum Sa-  
gitta venena-  
ta.

Fuga à Ducis  
cade.

Nicea.

Adrianopolis.



*Phinopolis.*  
*Constantino-*  
*polis.*

*Munera Ger-*  
*manica.*

Vinopolim, & ita profecti in parasceue venerunt prope Constantinopolim. Ibiq; celebrantes Dominicam passionem, & sabbatum sanctum, manè in die sanctæ resurrectionis, peractis solenniter mysterijs, & prandio facto, ascenderunt curiam Regis. Præmiserat autem Dux munera multa & optima iuxta morè terræ nostræ, equos pulcherrimos sellatos & vestitos, loricas, gladios, vestes de scharlatto, & vestes lineas tenuissimas.

**CAP. 5.**  
*Henricus L.*  
*splendidissimè*  
*Constantino-*  
*poli exceptus.*

Rex ergo indutus ornatu regio, cum summis Pontificibus & principibus & optimatibus præstolabatur aduentum Ducis. Erat autem in eodem loco curia venationis latissima & planissima, murata, & ad ostendendam gloriam diuitiarum suarum, præceperat Rex, Principibus & optimatibus suis, vt omnes solenniter huic interessent læticiæ. Videres ergo illic tentoria innumera erecta, byssina, purpurea, cum capitibus aureis, & pro vniuscuiusq; magnificentia, vario decore ornata. Veniens ergo Dux, gloriosè susceptus est, & quia processione solennitas instabat, procedebat Rex cum Duce. Erat autem strata semita quædam tota purpurea, de super tecta aurifrigijs & ornata aureis lampadibus & coronis. Hanc incedebat statio Clericorum & Pontificum, prosequente Rege cum Duce, & militibus tantum peregrinis. Et ita procedebant ad tentorium aureum, quod totum incanduit gemmis & lapidibus preciosis. Inde per eandem viam reuersi sunt ad Ecclesiam, & collocatus est Rex in excelso throno suo, & Dux in alio, iuxta eum, & missarum solennia celebrabantur. Igitur post meridiem cum Rex cum Duce latioribus Græcorum, de processione Spiritus sancti. Dicunt enim Græci, spiritum sanctum procedere tantum à patre & non à filio, verbis Domini nimis ad hærentes, qui de processione spiritus sancti loquens ait: Cùm venerit paracletus, qui à patre procedit, &c. Opponentibus autem nostris, Quia spiritus sanctus procedit à filio sicut à patre, quia spiritus sanctus est patris & filij, & cùm spiritus sancti gratia datur hominibus, profectò mittitur & à filio, procedit à patre, procedit & à filio, Quia eius missio, ipsa processio est. Græcis verò adhuc contradicentibus, quasi plenè autoritatibus nodum essent conclusi, Abbas Henricus, vir literatissimus & facundissimus, modestè inchoans: Nunc erratis, inquit, ô catholici & religiosi viri, dicentes spiritum sanctum tantum à patre procedere, & non à filio, quia planè procedit à filio sicut à patre, Quod negare hæreticorum est. Quod enim de vtroq; procedat, diuinarum eloquiorum, testimonijs comprobatur. Dicit enim Apostolus: Misit Deus spiritum filij sui in corda nostra. Ecce hîc dicitur spiritus filij. Et ibi: Qui autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Ipse etiam filius de spiritu sancto in Euangelio ait: Quem ego mittam vobis à patre. Patris autem spiritus dictus est, vbi legitur, spiritus eius, qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis. Et ipse Christus dicit: Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Et alio loco: Quem mittet pater in nomine meo. His & alijs autoritatibus ostenditur, quòd spiritus sanctus procedit à patre & filio. Ad illud autem, quod de Euangelio opponitis, qui à patre procedit, ita respondemus, quia cùm dicat in eo veritas, spiritum sanctum à patre procedere, non addidit solo, & ideo etiã à se procedere non negat, sed ideo patrem tantum nominat, quòd ad eum solet referre, etiã quod ipse est, quia ex illo habet. Vestri etiam Doctores, vnam eandemq; sententiam esse intelligentes, qua spiritus sanctus dicitur procedere à patre & filio, & esse spiritum filij sicut patris, professi sunt spiritum sanctum procedere à filio sicut à patre. Vnde Athanasius in symbolo fidei: Spiritus sanctus à patre, & filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. Ecce spiritum sanctum à patre dicit procedere & à filio. Item Iohannes Chrysostomus in Homilia quadam sic ait: Ille, est pro- pus: Spiritus, inquit, sanctus, intelligitur per se, secundum quod spiritus est, & non filius, sed tamen non est alienus ab eo. Spiritus enim veritatis nominatur, & profluit ab eo, sicut à Deo patre. Ecce etiam à vestris doctoribus aperta habetis testimonia, quibus Spiritus sanctus à patre & Filio procedere ostenditur. Omnis ergo lingua confiteatur Spiritum sanctum procedere à patre & filio. His alijsq; autori- tatibus,

*A Wormaciè*  
*si mota diffu-*  
*ratio de proces-*  
*sione S. S.*  
*Græcorum*  
*dogma.*

*Latinorū sen-*  
*tentia vera.*

*Argumenta.*



tibus, maximè suis, non valebant contradicere Magistri Græcorum, concedentes Spiritum sanctum procedere à patre & filio. Et magnificatus est Abbas Henricus in conspectu Regis, & Pontificum, collaudantes doctrinam eius, & fidem nõ modicam adhibentes verbis illius. Regina autem donauit Duci Samittos pluri- mos, ita vt omnes milites suos vestiret samittis, quibus addidit Regina cui libet mi- liti pelles varias, & pelliculam Zobilinam.

Græci erroris conuicti.  
Henricus Abbas in honore habitus.  
Munera Augusta.

Porrò Rex dedit ei nauem firmissimam, necessarijs omnibus copiosè ditam, & ingrediens Dux cum suis, nauigare cœpit. Et factus est motus magnus, ita vt præ nimia tempestate omnes mortem sibi proximam formidarent. Erat autem ibi quidam, bonæ conuersationis, qui ob imminens periculum grauitè anxiebat, & inter ipsas mentis & pelagi fluctuationes repente somno depressus, vidit astantem sibi virginem pulcherrimam, quæ dixit ad eum: Times maris periculum? Et ille, Domina, inquit, clarissima tenent nos angustie, & nisi Deus coeli respexerit nos, quanto cyus peribimus. Et illa, confide, inquit, non peribitis, sed promotiones cuiusdam, qui in hac naui me inuocare non cessat, ab instanti periculo liberi eritis. Quod de quo dictum fuerit, quamuis expressum non sit, tamen qui viderat, de Henrico Abbate dictum sibi affirmabat, quia qui in spiritu Dei videt, pauca quidem audit, sed plura intelligit. Nec sefellit visio. Deniq; factodie inualescebant procellæ, & nauis in medio mari iactabatur fluctibus. Et inciderunt periculum marinum, vt superius in Danubio, quod dicitur Skere, & timuerunt nauem vehementer. Erant autem ibi Petræ acutissimæ à dextris & à sinistris, & nauis in medio. Cumq; nimis turbarentur, aspexerunt nauis lapides paruos quasi ostium, & direxerunt velum contra ipsum, & ecce cecidit spiritus procellæ, & siluerunt fluctus eius: & subito nauis illæsa pertransijt, & laudauerunt Dominum, qui mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit.

CAP. 6.  
Tempestas.  
Somnium superstitiosum.

Periculum cœtaractarum.

Dux igitur applicans ad Accaron, magnificè susceptus est ab Accaronitis, & ascensus equis, rabis, mulis, quidam etiam asinis, processerunt ad urbem Hierosolymitanam, & occurrerunt ei Templarij & Hospitalarij cum grandi comitatu, & honestissimè excipientes Ducem, duxerunt in sanctam ciuitatem, & suscepit eum Clero cum hymnis & laudibus Dei. Obtulit autem Dux ad sanctum sepulcrum pecuniam multam, & Basilicam, in qualignum Domini repositum est sepulcrum musuo opere, & ostia eiusdem Basilicæ vestiuit argento purissimo. Deponauit etiam annuos ad cereos comparandos, iugiter ad sanctum sepulcrum arduos, Templarijs quoque & Hospitalarijs dedit dona ad arma plurima, & mille Marcas argenti ad comparanda prædia, quibus Tyrones teneantur tempore belli. Rex autem in domo propria fecit ei cum suis conuiuium per triduum, visitatis ergo omnibus locis sanctis, in Iosaphat, in monte Oliueti, in Bethlehem, in Nazareth, abijt ad Iordanem, deducentibus eum templarijs, & inde ascendit in Caerentam. Illic etiam Henricus Abbas cum difficultate magna ascendit, qui corpore exhaustus erat, celebrans ibi diuina, quæ etiam ad omnia illa sancta loca deuotissimè celebrauit ob memoriam DOMINI nostri IESU CHRISTI, quam corporaliter ibi exhibuerat, & gloriosæ genetricis eius, cui etiam in omnium peregrinatione illa, cilicio indutus, deuotissimus exitit in abstinentijs, in orationibus, primo semper diluculo, antequam castra mouerentur, completis matutinorum vigilijs, cum pleno officio missarum ei solennia celebrans, & hostiam salutarem tam pro se quam pro omni exercitu illo peregrino incessanter offerens.

Accaron.  
Templarij.  
Hospitalarij.  
Henricus L. Hierosolymam ingressus.  
Eius manifestia in templum & equites sacros.  
Henricus Abbas.

Dux autem regressus est Hierosolymam, & detinuit eum illic Dominus Patriarcha duobus diebus. Inde reuersus in Accaron, & ita valedicens omnibus, etiam suis, Conrado videlicet Episcopo, & Bertoldo Abbati, profectus est Antiochiam, prosequentibus eum templarijs cum turba multa. Conradus autem Episcopus ægotabat infirmitate, qua & mortuus est. Cùm autem Dux abijisset, Dominus Episcopus molestè ferens eius discessum, habens etiam quædam negocia ei

CAP. 8.  
Patriarcha Hierosolymitanus.  
Henricus L. Antiochiam petit.  
Conradi Lubicis morbo.



*Mors.**Tyrus hodie  
Surs.**Bertoldi mors**Henricus Ab.*

insinuanda, cum Abbate Bartoldo Barcham ingrediens, nauigio eum insequitur. Crescente autem corporis molestia, cum iam applicarent ad ciuitatem, quæ Surs dicitur vel Tyrus, spiritum reddidit. Cuius corpus in ciuitatem perlatum honestissime terræ recõditum est, agente id Guncelino Comite, & alijs amicorum Ducis, qui præsentibus fuerunt. Bertoldus autem Abbas rediens Accaron, post triduum & ipse vitam finijt. Dux autem hoc audito, grauiter contristatus est. Henricus verò Abbas cum Duce perrexit via, qua cõperat.

**C A P. 9.***Milo Sarracenus.**Portus Symeonis.**Torsult.**Soldanus Turcorum.**Armenia deserta.**Heraclia.**Axarat.  
Soldani in  
ricum L. benignitas.*

Igitur Dux, missis Legatis ad Milonem Sarracenum, rogauit, ut per terram suam ducatum ei præberet. Qui missis ad eum viginti viris de nobilioribus suis, mandat se paratissimum esse, cum honore & summa pace per terram suam illum deducere. Quod comperiens Dux in dolo factum, noluit per terram suam transire. Princeps verò Antiochiæ, qui eum honestè tractauerat, naues ei prouidit, quas ingressus cum equis, & omnibus quæ habebat, ad ciuitatem, quæ dicitur portus Symeonis, expansionis velis, nocte & die eundo, partem quandam terræ illius præterijt. Cumque ad ciuitatem quandam applicuissent, quæ dicitur Torsult, Sarracenicè vero Torsu (quam postea idem Milo expugnans, sibi subiugauit, in ultionem, quòd peregrini ibi præterlapsi fuissent) Soldanus, Princeps Turcorum, misit ei quingentos milites, qui eum per terram Milonis deducerent cum omnibus, quæ ipsius erant. Profecti autem per triduum, transierant per terram desertam & inuiam & inaquosam, terram horroris & vastæ solitudinis, quæ Rumenia deserta dicitur, ubi multum laborauerunt, portantes in equis omnia necessaria, etiam aquam quam biberent tam ipsi quam iumenta ipsorum. Et ita peruenerunt ad ciuitatem quæ iuxta linguam Turcorum dicitur Rakilei, in nostra lingua Eraclia, quam Imp. Constantinopol. Eraclius olim tenebat, qui occidit Cosdræ, qui Hierosolymam cõperat, & lignum Domini in captiuitatem asportauerat. Dux illuc perueniens, magnificè susceptus est à Turcis, & inde deductus est Axarat, ubi occurrit ei Soldanus lætissimus, amplexatus & deosculatus eum, dicens eum consanguineum suum esse. Cumque Dux per terram Teutonicorum, nupsit Regi Rutenorum, qui genuit ex ea filiam, ex qua ego descendi. Benedicebat autem Soldanus Deum cœli, quia Dux Milonem euaserat, dicens eum infidelem, & traditorem, & si in terram eius deuenisset, profectò eum rebus vel etiam uita spoliasset.

### E<sup>a</sup> SAXONIA CRANCII.

*Li. 6. Ca. 33.*

Dedit autem Duci dona plurima, Tunicam auratam eo precio, ut Dux non suo corpori, sed diuino cogitaret, quod & impleuit, aptare ministerio. Iussit adduci equos mille octingentos, militibusque permisit Henrici, ut quisque suo ordine, quæ magis probaret, tolleret: Accepit quisque suum. Inde producti caballi triginta insignes dono Duci, sellis, phaleris, frenis auratis pro magnificentia singulari: Addidit domos sex de more gentis filtrinas, & sex camelos qui ferrerent, cum seruis qui bestias gubernarent: Addidit duos leopardos, & equos, & seruos: Docti enim erant leopardi in equis uectari. Cumque modis omnibus benignissime & humanissime cum Duce ageret, ille familiaritate fretus, sumpsit audaciam. Miror, inquiens, prudentem principem non sectari veram Christi religionem pietate & uirtute plenam: quæ si tibi soli adesset, omnium quos uiderim principum faceret felicissimum. Ille sub hæc: Non est, ait, difficile credere, quòd Deus quando uoluit, de immaculata Virgine carnem assumpsit, qui hominem primum de terra uirgine plasmauit: sed omnium communis Dominus, non uno uoluit ab omnibus honorari cultu. Dux non ausus profundiorum ingredi cum homine super ea sermonem, ualefacto multa cum gratitudine discessit: Conductum tamen eius habens, per uicinas Turcorum ciuitates peruenit in terram desertam, ubi Rex quondam Conradus cum suo memoratur agmine cõstitisse, cum fraude Imperatoris Constantinopolitani, farina calcem immiscentis, multis exitio fuere militibus. Nam Conradus Rex & grum trahens exercitum, difficillimo itinere peruenit in terram sanctam. Dux quoque inde expeditus, pertransiit aliquot ciuitatibus, quas eo in littore Dux quondam Gotfridus

*Christianismi  
approbatio et  
recusatio.**Conradus  
III. Cef.**Gotfridus.*



fridus expugnauit, peruenit ad Brachium sancti Georgij: indeq; traiciens, bre-  
 ui contemdit redire Constantinopolin. Redeuntem Imperator non illiberaliter  
 excepit: Ibi enim iumenta sua Ducis milites reliquere: quibus receptis, Monopo-  
 lim contenderunt: Sed & ibi Imperator iussit Ducem hospitaliter dimitti in viam.  
 Sed Dux modestiam præferens, non accepit. Cumq; attentius moneretur, libera-  
 tatem tanti principis non contemnere, tantisper cessit, vt quibusdam sanctorum  
 reliquijs magno munere acceptis, quibusdam etiam gemmis, magna cum gratitu-  
 dine valefaciens, Germaniam suam magnis itineribus repetiuit. Sed primum Bul-  
 garorum nesus, in quo pridem laborabat, peruens, peruenit ad Regem Vnga-  
 rorum: qui post mortem fratris Rex creatus, magnis apparatibus Ducem accepit:  
 & per regnum suum præbens comitatus, cum ingenti dimisit honore: & perue-  
 nit tandem suam in Bauariam. Audiuit autem Augustum in Augusta confidere,  
 quæ adiens consalutauit: Ille gratulatus amico, quod de via longinqua & pericu-  
 losa recepisset in columem, per benignè excepit venientem, ac dimisit. Descendens  
 autem in Saxoniam, iam anno euoluto, Brunsvicum redijt, domum suam reuifens,  
 ecclesiam autem multis sanctorum reliquijs, auratis atq; sericeis vestibus exorna-  
 uit, quas secum tulerat: Quæ res hodie quoq; cernitur in Ecclesia sancti Blasij eius  
 loci primaria.

Bosphorus não  
 Brachium S.  
 Georgij.

Liberalitas.  
 Modestia.

Henrici L. per  
 Bulgariam et  
 Vngariam  
 reditus.

Peregrinatio  
 annua,

Aedes D.  
 Blasij.

Hanc verò peregrinationem fabulæ locum tribuisse arbitror de Henrico, qui  
 per variam fortunam peregrinatus, magnis & multis periculis emergens, difficili  
 labore in terram suam reuersus, leonem aduexerit, qui sepulcrum eius seruet. Hæc  
 verò narratio quam puerilis & delira sit, facile intelligunt viri sensati: Peregrina-  
 tio est Leo. Sed quoniam ignorabat fabulator, quod peruenerit, comminiscitur in-  
 doctam fabulam de leone & dracone. Ignorabat asellus iste bipes, quicumq; fabu-  
 lam primus commentus est, hunc principem ab initio ætatis suæ, cognomentum  
 accepisse Leonis, quomodo pater eius, Catuli, & Albertus Marchio, Vrsi: Indè no-  
 uent eum esse Leonem, quem æneum cernit rugienti simile in burgo Brunsvici.

CAP. 43.  
 Fabula de He-  
 rico L. eiusq;  
 resusatio.

Henricus iam vicina morte totus ad religionem versus, Ecclesias in Brunsvi-  
 co cum suo palatio exornauit.

Li. 7. Cap. 6.  
 Henrici L. Se-  
 necus.

CAP. 8.

Henricus iam ætate fessus, & qui fortunam expertus vtranq; diu in terrarum  
 orbem actatus esset, plenus dierum, cum Brunsvico, vt diximus, exornandis Eccle-  
 sijs, & reparandis pijs vbiq; operibus intentus ageret, in pace quieuit, tumulatus in  
 Ecclesia sancti Blasij, quam ipse ornauit, ditauit, & semper coluit. In sepulcro eius  
 Leonem fufilem constituerunt, vt cognomini eius, quod Leo diceretur, respon-  
 derent. Inde sumpsit occasionem fabula illa puerilis, quam paucis supra exuffla-  
 uimus, de longa peregrinatione, quam fabulator ignorabat, in terram fuisse san-  
 ctam: & indè pudore deposito, liberè affinxit de nauigatione errabunda, de con-  
 sumptis vel in ædia, vel alta occasione socijs, deq; duce, cum esset insutus corio, per  
 griphonem deportato: de pugna Draconis & Leonis, cum ille Leoni faueret ad vi-  
 ctoriam, sequutum Leonem, & ita cum bellua reuersum, principem iam incogni-  
 tum. Aniles nãenias contemnimus in historia, quas neq; vllus commemo-  
 rat authorum, neq; vllam habent veri similitudinem: Ab-  
 cant in tenebras & obliuionem.

Mors & se-  
 pultura.

Fabula iterũ  
 resutata.

F I N I S.



1896022

HISTORIA



H I N I S